


UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES



3 1761 01551236 1







*Pseudo-Acron*

**PSEVDACRONIS  
SCHOLIA IN HORATIVM  
VETVSTIORA**

RECENSVIT

**OTTO KELLER**

VOL. II

SCHOL. IN SERMONES EPISTVLAS  
ARTEMQVE POETICAM



*323986*  
*3. 2. 36.*

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI  
MCMIV

PA  
6408  
A4  
1902  
V. 2

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

Printed in Germany

# PRAEFATIO

## I.

### De recensione §

Pseudaeacronianorum scholiorum optimam antiquissimamque recensionem codice Parisino *A* contineri eiusque auctorem ante medium quintum saeculum in Italia uixisse ueterumque sacrorum cultorem fuisse in symbola philologorum Bonnensium Lips. 1864—67 p. 499 sqq. iam pridem a nobis demonstratum est. Cum hac recensione proxima affinitate iuncta sunt schol. *v Vcp* et *I\**, sed in carminum libro quarto et in epodis et in carmine saeculari scholiorum *I* auctorem scholia *A'* (= codicis illius archetypi, unde codex *A* fluxit) non ante oculos habuisse, uerum Porphyrionis interpretationes in suum usum uertisse appareat. Itaque quoniam codex *A* sub finem libri epodon deficit, in supplementum adduximus codices *v(uel I')Vcp*. Quae ratio quam iusta fuerit, miro casu factum est ut hodie facile possit demonstrari. Sero enim, quod quidem maxime me piget, postquam uolumen prius modo exiit ex prelo, in scidis Hamburgensibus, de quibus cf. quae diximus in Horati nostri a. 1899 editi praefatione p. XIV, fragmentum detexi ueri codicis *A* duobus foliis continens schol. epod. 16, 33—17, 50. Quo fit, ut expositiones *A* in lyrice et iambica Horati carmina iam habeamus paene integras. Desunt enim tantummodo expositiones in epod. 15, 1—16, 32 et 17, 51—76; praeterea

\* *v + I* significauimus siglo *I'*

euanuerunt schol. *A* epo. 16, 62—66. Fragmenta Hamburgenzia adiecta sunt in ADDENDIS p. 510 sq. Congruunt autem propemodum ad uerbum cum iis scholiis, quae in laevis paginis dedimus 438—462, ita ut in summa quaque pagina scribere licuerit: EXPOSITIO IN HOR. EPOD. 16 aut 17.

Atqui illa scholia sunt codicum *vVc*, planeque efficitur in uolumine primo eas interpretationes, de quibus codices *vVcp* uel *Vcp* inter se consentiunt, maximam partem ex uero Pseudacrone *A'* fluxisse, *I'* uero ne iis quidem locis, ubi cum *V* congruit, sine dubitatione ad recensionem *A'* posse referri.

Itaque, quandoquidem scholia *vVc* inter se concordantia, quatenus codicem *A* ipsum comparare licet, ad stirpem *A* proxime accedunt, etiam in hoc secundo uolumine, scholiis *A* omnino deficientibus, id potissimum mihi proposui, ut recensionem *vVc* (*I'Vc* uel *I'Vc*) ex uniuersa librorum copia quantum potui elegerem et quasi exsecarem. Talia scholia, quae nota § insignienda curauimus, in sermonibus et arte poetica centiens inuenies. De huius recensionis auctore cf. quae scripsimus in uol. I praefatione p. XIII et Addend. II p. 508. Christianorum sacrorum expers (cf. quae de Moyse rege Iudeorum fabulatur s. I 9, 70. praeterea cf. s. I 5, 24. II 6, 20. 7, 4) uixisse uidetur a. 450—500, Theotisti, quo Priscianus doctore usus est, grammatici (s. I 5, 97) ac Seruui Magistri aequalis (s. I 9, 76). Partem uitiae in urbe Roma egisse putandus est (s. I 8, 7. 14 al.); Africam certe, Porphyrionis patriam, non nouit (cf. epo. 2, 53 ubi strutionem dicit pro gallina Numidica). Vt Vergili\* aliorumque multorum ueterum studiosissimus, ita, si codicibus manuscriptis fides est, parum gnarus fuisse appetet sermonis Graeci. Porphy-

\* cf. epi. I 7, 48 ubi nec uarias lectiones Vergilianas eum fugisse uidemus: Verg. Aen. VIII 361: Lautis . . . Carinis, licet legatur et latis. Item de uariis lectionibus Horatianis nonnulla refert ut s. I 2, 50. 6, 87

rionem sub commentatoris nomine diserte laudat a. p. 120. Vergilium subinde *Maronem* nominat, quod quidem nusquam fit in codice *A*. Nec magis scriptura *Vergilius* reperitur praeter recensionem *A'*.

Scholiorum § (=  $\Gamma' Vc$ ) ordo is erat, ut epistulae tamquam agmen clauderent (cf. epi. II 2, 68). Vnde factum est, ut haec scholia sub finem epistularum et manca et corrupta in nostras manus uenerint. Quid quod in stirpe *Z* (=  $cp\xi$  *Ferrar.* *Florent.*) omnes omnino epistulae praetermissae sunt. Hic igitur codices  $\Gamma'$  ( $r\gamma\nu$ )*V* pro optimis testibus habendi sunt, aut, si *V* deficit,  $\Gamma'$  soli, ut epi. II 2, 114 — fin., aut  $\Gamma V$ , ubi codice  $v$  caremus, ut epi. I 20 — II 2, 65; et quamuis in epistulis quoque scholiorum  $\Gamma' V$  indolem cum recensione § plerumque consentire constet, adeo ut quin illuc schol.  $\Gamma' V$  reuera ex recensione § fluxerint uix possis dubitare, tamen quia *Z* deest, timens nequid temere interpoletur, non ausus sum paragraphi addere signum. Nam ea ipsa de causa recensionem *Z* quamquam nouissimam\* haud prorsus spernendam duximus, quia multis interpolationibus ex schol.  $\Gamma$  oriundis non corrupta est, id quod luculenter docemur, si libri epodon finem comparamus, ubi  $cp$  constanter cum *A*§ (uide Add. uol. II p. 511), *V* uero (interpol.) saepe cum  $\Gamma$  facere uidemus. Ceterum nescio an fere ubique, dum  $vV$  congruant, etiam deficientibus  $cp\xi$  ut in ipsis epistularum libris, signum § iure fuerit adscribendum.

Recensionem *Z* ex cod. *V'*, unde *V* ipse descriptus est, originem traxisse multis locis facillime perspici potest: librarius *V* exemplar suum scrupulosissime descripsit, et siquid certo legere nequibat, id aut timidiore quodam litterarum ductu aut litteris aliquot uel uocibus omissis et

\* Cod. c saec. XV scriptus est, item auctore Chatelain cod. *p* et cod. *g*, *Ferrarensis* et *Florentinus* auctore Ramorino. *Ferrar.* est cod. class. II nr. 192 bibliothecae Ferrarensis, *Flor.* est societatis Columbariae cod. nr. 1

interuallis accurate dimensis aut adpicto puncto uelut dubitationis indicio significare solebat, uerba corrupta nusquam ex suo ingenio temere corrigebat; quae omnia porsus aliter fecit *Z*, ut cum multis aliis tum hisce demonstrari licet exemplis:

c. II 11, 11 capax <i>Γ'</i>	a. p. 402 prouenturam]
pax <i>V</i>	prouener̄ <i>V</i>
par <i>cp</i>	posse habere <i>cξ</i>
a. p. 179 e pistrino <i>Γbf</i>	a. p. 422 igitur]
epiferino <i>V</i>	regit <i>V</i>
in epifermo <i>cξ</i>	recte <i>cξ</i>
a. p. 270 in iocis]	a. p. 437 coruum]
in uocis <i>V</i>	coruorum <i>V</i>
in uocis sono <i>cξ</i>	coruos <i>cξ</i>
a. p. 274 pro arte rithmica]	a. p. 441 productum]
pro artibus meti-	quod ductum <i>V</i>
ca <i>V omis. cξ</i>	(q pro p)
a. p. 287 desissent]	ductum <i>c dictum ξ</i>
dedissent <i>V</i>	a. p. 465 tarda]
cepissent <i>c cepis-</i>	u da <i>V</i>
sent <i>ξ</i>	* <i>omis. cξ</i>

## II.

De recensione *Γ*

Recensio *Γ* (*rγb* uel alii\*) partim ex recensione §, partim — nec solum ubi huius recensionis auctori § non ante oculos erat ut in carminum libro quarto, epodis, carmine saeculari — ex Porphyrione compilata est, insuper adiectis permultis additamentis, quae aut aliunde deprompta aut ab ipso scholiasta inuenta erant: qui quidem ut acutioribus criticis adnumerari non potest, ita incredibili adsiduitate ac sedulitate multo plura quam ceteri undique

\* *afCELεz* et pars ν: de quibus omnibus uide uol. I praefationem p. VIII sqq.

coaceruauit longeque amplissimam confecit scholiorum congeriem. Quo factum est, ut apud hunc potissimum auctorem permultis locis explicaciones inuenias, quae quamvis inter se pugnant, tamen altera alteram tamquam optima cum pace excipiunt.

Fuit Christianus (cf. c. I 16, 13. 14 de Adamo), sed superstitioni admodum addictus (s. I 3, 59 de nodis magicis; s. II 8, 209 de *βιοθανάτοις*) et uixit post Isidorum (quem c. III 29, 4 laudat; is autem uixit a. 570—636) et post eos qui recensiones *A'* et § confecerunt. Grammaticae Latinae studiosissimus\* idem Graece optime sciebat, plebeios despiciebat\*\*; num Romae uixerit, incertum est, Samnium non nouerat (cf. s. I 5, 51); commemorat etiam ‘ciuitatem Augustam Vindelicam apud Raetos’ (Augsburg c. IIII 4, 17), unde haud scio an quis concludat scholiorum  $\Gamma$  auctorem haud procul ab Alpibus in septentrionali quadam regione opus suum consarcinasse. Cum Fulgentio Afro (a. 468—523) — quem ego paululum quidem ante hos quadraginta annos (philol. Bonn. symbol. p. 501. 502) scholiorum  $\Gamma$  auctorem fuisse ea de causa suspicabar, quod in compluribus codicibus ( $\gamma$  Flor.) scholia Horatiana Fulgentii mitologiarum libro primo excipiuntur ne addito quidem ipsius Fulgentii nomine — prorsus nihil facere primo obtutu appetet, si nouam editionem Helmianam (a. 1898) cum scholiorum  $\Gamma$  dicendi genere comparamus: is enim multo deteriore utitur dictione.

Ceterum recensionem  $\Gamma$  (=  $\Gamma$ mg.) non ita terminare potui, ut non glossas quasdam interlineares admitterem: nam ne codices quidem ipsi hac in re inter se congruunt, sed fieri potest, ut quod in *b* uel *r* in margine legitur, idem in  $\gamma$  uel  $\alpha$  inter uersus scriptum sit et similia, uel ut longioris adnotationis pars altera inter uersus, altera in margine legatur. Itaque nequid, quod maioris momenti

\* cf. s. I 3, 89 (iugulus). 5, 14. 78. 6, 122. 123. 10, 7 (rictum). II 2, 43 (rapulum). 3, 163. 280. 4, 68. 8, 91 etc.

\*\* ‘Velut plebeius expers rationis’ epi. I 7, 72


est, temere omittatur, quaecumque simul in gloss.  $\nu$  (uel  $I'$ ) et in  $c\zeta$  deprehendimus adnotata, ea cum praefixo asterisco edere haud dubitauimus, quin etiam ex uniuersa gloss.  $\Gamma$  copia nonnulla elegimus, quae aut ad sermonis aut ad antiquitatum studium alicuius momenti esse uidebantur, eaque in propria appendice admixtis alienigenis quoque aliquot glossematis memoratu dignioribus prelo subicienda curauimus.

## III.

## Stemma codicum

Librorum quam dicunt genealogiam hoc modo hodie possumus adumbrare:

*ignoti, inter quos Acron (c.200)*



## III.

## De adscripto nomine Aeronis

Iam uero si quaeritur, qua de causa quicunque ante nos eadem scholia, quae nunc edidimus, foras emiserunt, ea fere omnes Helenio Aeroni tribuerint, illud primum fatendum est nisi in nouissima ac manca\* codicum stirpe *cp̄z* Aeronis nomen non esse traditum, qua de re in symbola Gastoni Boissier oblata (*mélanges Boissier*, Paris 1903) p. 311 sqq. uberius disputauimus.\*\*

Huius stirpis auctorem non multo ante saeculum XIV uel XV, fortasse saec. XIII (cf. *mél. Boiss.* 313), in Italia\*\*\* degisse et recensioni suae quo maius adderetur pretium, omnium scholiastarum uetustissimi ac celeberrimi nomen praefixisse constat, Aeronis scilicet, de quo in uita illa Horati, quam cum in aliis libris tum in *A* legimus, disertis uerbis scriptum est (uol. I p. 3): 'Commentati in illum sunt Porphyron, Modestus et Helenius Aeron, Aeron omnibus melius.' Vnde colligere licebit scholiastam *A'*, qui Helenium Aeronem multo pluris aestimabat quam ceteros, eiusdem commentarios prae aliis excerptis; cuius rei argumentum extat epod. 5, 25 ubi schol. *A* § (*AνVcp*) id ipsum de Sagana dictum quamquam decurtatum exhibent, quod apud Helenium Aeronem legere sese meminit Porphyron (serm. I 8, 25).

Sed etiam ille, qui scholia *I'* compilauit, ex ueteri Aeroni nonnulla deprompsisse uidetur, quippe qui ipsum laudat Aeronem carm. IV 9, 37: 'Aeron interpretatur: Lollius'.

Itaque etiamsi uniuersa ea scholia, quae his duobus voluminibus edidi, ad ueterem illum Aeronem omnium

\* In nullo huius stirpis codice epistulas legi modo diximus. Codice *p* nil nisi carmina et epodi carmenque saeculare continentur.

\*\* Illic p. 311 pro *AνV* legendum est *AνV*

\*\*\* cf. schol. proprium *c̄z Ferr. Flor.* serm. II 3, 248 ubi castanearum mentio fit

interpretum praestantissimum referenda esse ne stultior quidem homo hodie putauerit, tamen multa ueri Acronis dicta partim integra, partim aucta, partim decurtata uel alio modo uariata in iis inesse uerisimile est. Quin etiam eorum, quae Porphyrii et Pseudacroni communia sunt, partem aliquam ex uero Helenio fluxisse suspicari licebit: nam quamquam Porphyriionem aliquot saeculis ante Pseudacronem *A'* scripsisse neminem fugerit (cf. quae de Porphyrionis aetate et patria in philologorum Bonnensium symbola p. 491—499 et in editionis Horat. alterius praefatione p. LXXVIII exposui\*), tamen nostris scholiis haud pauca insunt, quae aut meliora aut minus mutila leguntur, quam apud Porphyriionem. Quoniam igitur Porphyrio et Pseudacron admodum arta cognitione inter se coniuncti sunt, hunc cum illo congruere permultis locis adnotauimus, interdum etiam ad emendandum Pseudacronis textum uectustiorem illum adhibuimus scholiastam.

## V.

## De commentatore Cruquiano

At erunt sane qui mirentur, quod ‘commentatoris Cruquiani’, quem ne unus quidem omnium nostrae aetatis philologorum prorsus spernere ausus est, nulla ferme facta sit mentio. Sed iure ex apparatu nostro exclusus esse putandus est, quippe qui nihil aliud est nisi milliens interpolata et immutata scholiorum *IYZ* farrago.

Cruquius ipse in praefatione ‘ad lectorem beneuolum’ scripta de ‘commentatore’ suo haec narrat (*edit. 1578 p. \*\*\* 3*):

‘In antiquis commentariis iam pridem in quartum odarum, epodos et satyras euulgatis, lector candide, non-

\* Quas opiniones meas per Landgrafium, Wessnerum, Föhrdeum, Kiesslingium aliasque harum rerum peritissimos uiros non solum comprobatas, sed etiam nouis argumentis gaudeo esse confirmatas

nulos intelligo et non postremae notae uiros subsannare, atque adeo reiectare dictionem hanc „Commentator“ quasi minus idoneam nec satis ut enarratorem notet Latinam: quod etiamsi non penitus infitier, tamen si diligentius animaduertant nostrum ea in re consilium et epistolam ad lectorem olim lib. odarum quarto praepositam candidius pellegant, aequiores certe nobis eos fore crediderim. Nam quis eum nominet honorifice, quem ne nouit quidem? ut taceam ea quae euolui in Horatium scripta uix ullo honore digna, sed ita lacera, manca, mutila, lacunosa et tantum non carie uetustateque deperdita, ut ex iis uix hos Commentarios consarcinauerim. Quid? quod auctoris nomen opera nulla consequi potuerim? In editis olim per Henricum Petri operibus Horatii inter innumeros fere explanatores legere quidem est uirorum doctissimorum Aeronis et Porphyronis numeros et nomina, sed in plerisque eis adscriptis miror atque detestor non oscitantiam typographi, ut quem fortasse mucosum fecit lucri crassus odor, sed ineptos cuculos, qui tantos uiros non reueriti, suae stupiditatis labe non puduit aspergere [sic]. Facile coniicio eos in eiusmodi librarios incidisse, quales per aliquot annos ualide nos exercuerunt; at hoc uehementer abominor, tam praecellentibus scriptoribus eos tantam barbariem nuncupasse. Quod certe ne facerem, et iudicarem ex doctis enarrationibus nihil quam cucullata superesse commenta... ea non enarratoris, sed Commentatoris esse uolui. Deinde cum quatuor legerim Horatii interpretes, Porphyronem, Aeronem, Modestum et Scaurum, nec ullis Blandiniis, Tonsanis aut aliis scriptis appositum nomen alicuius, quid cui quaeſo adſcriberem? Fecerint hoc alii typographi, ut suos typos plausibiliores redderent; nostrum sane non fuit tam stulte te lectorem ludere tibique pro thesauris carbones ostentare'.

His uerbis efficitur commentatorem istum a Cruquio e compluribus codicibus consarcinatum esse auctoris nomine nusquam adscripto. Itaque uerisimile est Cruquium nec ex Porphyronis quodam codice nec ex Pseudacroniana

familia *cp̄ξ* commentatoris sui maximam partem prompsisse, quoniam illiusmodi libri Porphyronis, hi\* Aeronis nomen prae se ferre solent. Nec minus deerant Cruquio codd. *AnV*: nam in carminum libro quarto, epodis, carmine saeculari, ubi schol. *Γ* omnino differunt ab *AnV*, commentator Cruquii nihil aliud praebet nisi schol. *Γ*. Appellationem 'commentatoris' ex schol. § a. p. 120 sumpsisse mihi uidetur; codicibus usus est scholiorum *Γ* adauectorum scholiis λφ\*\*, qualia habemus in codicibus ipsius Cruquii patriae propriis fz\*\*\* et aliquatenus in *D*. Quodsi non nulla deprehendimus, quae Porphyronem sapiunt, hoc inde explicari licet, quod schol. λφ in primis ad Porphyrionea scholia referenda sunt. Accedit quod Cruquium etiam ex edito Porphyrione adnotationes aliquot sumpsisse uideatur. Quin etiam ex recentiorum editorum commentariis haud pauca in 'commentatorem' suum inserebat. Adnotationum enim farraginem, quam ex codicibus manuscriptis con gesserat, ita tractauit, ut non solum uerborum ordinem et constructionem, sed etiam uerba ipsa et dicendi genus saepissime mutaret innumerisque emendationes per silentium reciperet, ubicumque id aut sensus aut sermo postulare uideretur. Etsi non omnes, tamen plurimas formas et constructiones eiecit, quae a ueterum usu abhorrebant, earumque loco alias interpolauit, quae cum Ciceronis sermone non pugnant; sexcentas elocutiones, quae minus elegantes uidebantur, elegantioribus cedere coegit. Vbicunque manuscriptorum scholiorum textum corruptum uel mutilum esse putabat, meras coniecturas sine ullo scrupulo in textum inculcauit nec umquam ea uerba in ipsis libris non legi monuit lectorem.

Subinde non solum superuacuae, sed etiam falsissimae occurrunt emendationes, ut a. p. 59: 'Praesente nota] Praesentis temporis charactere. Tracta metaphora est a

\* Vt *p̄ξ Ferr. Flor.*

\*\* Haec scholia propediem edere sibi proposuit Alfredus Holder amicissimus

\*\*\* Cod. *f* nunc Leeuwardensis est, *z* Leidensis

nummis, quia nummi in noua fusura iuuant in opiam.' Haec stultissima sententia non legitur in codicibus; deest enim uox 'inopiam', quae si deletur, optime intellegimus, quid uoluerit auctor, efficiturque sententia uerissima, qua nouis nummis magis nos iuuari uel delectari dicit quam diuturno usu deterioratis. Inopiam uero haud minus antiquioribus nummis leuari quam noue fusis quis est qui neget?

Nec rarius inueniuntur ii loci, ubi propter aliquam librorum corruptelam aut totum scholion aut scholii aliquius pars silentio praeteritur.

Haec omnia si perpendimus, quamuis 'integram suam fidem' Cruquius ipse iactat (ut p. 639), tamen adeo in eius uerba iurare, ut quaecumque apud commentatorem leguntur, in antiquis scholiis reuera scripta fuisse credamus, haud facile audebimus.

Vt unum, quod antiquitates Romanas attinet, adferam exemplum: equidem in commentatiuncula, quam de sepulcro Romuli et duobus leonibus scripsi (Iahreshefte des österr. archäolog. Instituts 1901 p. 50) uiros doctissimos Modestovium et Gammurinium monui, ne de sensu uerbi 'constat', quod quidem apud commentatorem epo. 16, 13. 14 reppererunt, disceptarent, quippe quod illud uocabulum in ueris schol. I non inueniretur.

Aequo uno quidem exemplo monitos uelim eos, qui de litteris Latinis scribunt. Sunt enim qui dicant commentatori Cruquiano pleniores 'Acronem' quam nobis ante oculos fuisse, eiusque rei testimonium adferant comment. ad serm. I 8, 25: 'Haec Sagana liberta fuisse dicitur Pomponii senatoris, qui a triumuiris est proscriptus.' Atqui Porphyrio ad h. l. scribit: 'Memini me legere apud Helenium Acronem Saganam nomine fuisse Horati temporibus Pompei sagana\* senatoris, qui a triumuiris pro-

\* sagana UMP saga W sagam Holder cum Petschenigio, alii libertam; uxorem uel coniugem fort. Acron ipse, cf. Pseudocr. uetust. epo. 5, 25: Sagana] Nomen ueneficæ alterius. Haec senatoris cuiusdam uxor fuit

scriptus est.' Ergo sunt qui arbitrentur ut Porphyriōnem ita etiam commentatorem ipsius Helenii Aeronis librum ante oculos habuisse. Sed falsi sunt. Immo sicut permultis aliis locis, ita etiam hic nihil aliud fecit Cruquius, nisi ut Porphyriōnis adnotationem in commentatoris sui usum conuerteret. Simili modo in schol. u. 48 ea quae Porphyrio ex Varronis uirgula diuina attulit inter commentatoris sui uerba interpolat, sed ita, ut complura uocabula immutata reddantur, id quod in schol. u. 25 quoque uidimus, ubi pro codicūm Porphyriōneorum scriptura 'Pompeī' Cruquius inculcauit Fabricii coniecturam 'Pomponii'.

Itaque commentatoris istius undique consarcinati ac nimis interpolati nusquam habui rationem excepto uno loco miserrime corrupto serm. II 5, 11, quamquam ne hic quidem illinc nobis lux adfertur.

Simili de causa exclusimus ex apparatu scholia Vindobonensia ad artem poeticam pertinentia, quae Karoli Magni temporibus ab Alcuino profecta nihil aliud sunt nisi paraphrasis schol.  $\Gamma$ , cf. quae de Zechmeisteri editione demonstraui in Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 1877 p. 516 sqq.

De commentatore illo Cruquiano fusius disputare proposuit sibi Iosephus Endt, phil. doctor Pragensis, nunc gymnasii Smichovensis professor, qui me liberaliter in plagulis adiuuit corrigendis. Evidem cum aliis de rebus tum de locis aliquot dubiis animum induxi disserere in studiorum Vindobonensium anni 1904 fasciculo primo. Scholiorum  $\lambda\varphi$  editionem ab Holdero meo parari iam supra diximus.

Denique iis omnibus, qui in confiendo hoc opere aliquo modo me adiuuerunt, iterum hic ex animi sententia gratias ago quam maximas.

Pragae, Nonis Decembribus MCMIII

O. Keller

# INDEX

---

VOLVMINE PRIMO continentur haec:

- Praefatio p. V—X
- Siglorum conspectus p. XI—XIII
- Vitae Horatii p. 1—3
- Expositio metrica p. 4—12
- Scholiorum in carmina, epodos, carmen saeculare contextus p. 13—480

VOLVMINE SECVNDO continentur:

- Praefatio p. III—XIV
  - De recensione § (*v. VZ*) p. III—VI
  - De recensione Γ p. VI—VIII
  - Stemma codicum p. VIII
  - De adscripto nomine Acronis p. IX sq.
  - De commentatore Cruquiano p. X—XIV
- Siglorum explicatio p. XVI
- Scholiorum in sermones, epistulas, artem poeticam contextus p. 1—379
- Glossarum Γ appendix p. 380—398
- Index auctorum p. 399—415
- Index generalis siue nominum, rerum elocutionumque memorabilium p. 416—508
- Addenda aut corrigenda p. 508—512

## SIGLORUM EXPLICATIO

*A'* = archetypus codicum *A* et §

*A* = cod. Parisinus 7900 A saec. X

*G'* = *G* + *v*

*G* = *r* et *γ*, aut *r* uel *γ* cum quolibet altero codice ad stirpem *G* pertinente ut *abf*. In apparatu critico *G* semper = *rg* est, numquam = *γα* aut *rb* simil.

*C* = cod. Monacensis Lat. 14685 saec. X. Scholia *C* et *E* magis cum glossis *G* quam cum adnotationibus in margine additis congruunt

*D* = cod. Argentoratensis C VII 7 saec. X

*E* = cod. Monacensis Lat. 14865 pars altera saec. X

*F* = *φ* et *ψ*

*H.* = Holder

*K.* = Keller

*L* = cod. Lipsiensis I 4, 38 saec. X

*Porph.* uel *P.* = Porphyrio

*V'* = cod. unde descriptus est cod. *V*

*V* = cod. Vaticanus Latinus 3257 saec. XII

*Z* = familia *cρξ* uel *cζ*

*α* = cod. Halensis Yg. 21 saec. XI

*γ* = cod. Parisinus Latinus 7975 saec. XI

*ε* = fragmenta Einsidlensia saec. X

*ζ* = cod. Parisinus Latinus 7985 saec. XV

*λ* = cod. Parisinus Lat. 7972 saec. X init.

*μ* = cod. Montepessulanus nr. 425 saec. XII

*ν* = cod. Dessauensis A saec. X init.

*φ* = cod. Parisinus Lat. 7974 saec. X init.

*ψ* = cod. Parisinus 7971 saec. X init.

*a* = cod. Ambrosianus O 136 saec. VIII exeunt.

*b* = cod. Bambergensis K, 2 saec. X

*c* = cod. Wolfenbuttelanus Lat. Aug. 81. 31 saec. XV

*edit.* = editiones ueteres, ante saec. XIX, in primis Fabriciana 1555

*f* = cod. Franekeranus saec. XI—XII

*m* = cod. Monacensis Latinus 375 saec. XI—XII

*o* = cod. Argentoratensis C VI 19 saec. X—XI

*p* = cod. Parisinus Latinus 7988 saec. XV

*r* = cod. Parisinus Latinus 9345 saec. X—XI

*u* = cod. Parisinus Lat. 7973 saec. VIII—X

*x* = cod. Oxoniensis Doruillianus Lat. 198 saec. XI

*z* = cod. Leidensis Vossianus 21 saec. XII

*< >* = quae addita sunt ab editore

*[ ]* = quae interpolata uidentur

*†* = locus nondum sanatus

\* = ea scholia quae nec in *A* nec in *V* tradita sunt

§ = schol. ν *Vcξ* uel *G'Vcξ* (uel *GVcξ*) congruentia

## SERMONVM LIBER I.

§ Sermonum libri ideo dicti, quia uili sermone sunt potius quam tumenti, siue quia ad praesentes scribuntur. Epistulis enim ad absentes loquimur, sermone cum praesentibus. Quamuis igitur hoc opus satyram esse Horatius 5 ipse profiteatur, cum ait (*s. II 1, 1. 2*):

Sunt quibus in satyra uidear nimis acer et ultra  
Legem tendere opus,

tamen proprios titulos uoluit ei accommodare, hos priores duos libros Sermonum, posteriores Epistularum <in>scribens 10 (*I' Vc\xi ex Porph.*)

§ Satyra dicitur lancis genus tractum a choro Liberi patris, qui est minister uini et epularum (*I' Vc\xi*)

§ Satyra istius inter Lucilii est et Iuuenalis; nam et asperitatem habet, quam [et] Lucilius, et suauitatem, quam 15 Iuuenalis, mixtam in suo carmine. Denique nisi Iuuenalis scripsisset, isto nemo esset melior; uerum tamen sciendum est, quia satyrarum carmen a primo omnium auctore Lucilio repertum est. Plerique satyram a lance,

2 sunt *rc\xi*] sint  $\gamma\nu V$  4 eptis  $\nu$  eptis  $\gamma$  epistolis *r Vc*  
epistolis  $\zeta$  5 satyram *r Vc\xi*] satiram  $\gamma$  suturam  $\nu$  7 satyra  
 $\nu r Vc\xi$ ] satira  $\gamma$  10 libros duos  $\gamma$  (epistul: *r Porph.*)  
scribens *codd.* inscribens *edit. cum Porph.* 12 (satyra *I' Vc\xi*)  
14 satyra *r Vc\xi*] satira  $\Gamma$  15 et ante Lucilius *om. \gamma c\xi*  
16 mixtam *rc\xi*] mixta  $\nu V$  1 mixta (sic)  $\gamma$  18 satyrarum  $\nu Vc\xi$ ]  
satirarum  $\Gamma$  et  $\nu$  alt. loco 19 satyram  $\nu Vc\xi$ ] satiram  $\Gamma$

quae plena diuersis frugibus templo Cereris infertur, nomen accepisse dicunt; nam et ea hoc nomine appellatur. Ergo et hoc carmen propterea satyram nominarunt, quia ita multis et uariis rebus refertum est, ut audientes saturet.  
 5 Alii dicunt, quod ideo satyra uocitata sit, quod ita [in] conuitia et crimina hominum libere inuadat, ut saturati homines idest ebrii ( $\Gamma' Vc\xi$ )

---

## SERM. 1

1. Quae ratio, quae res facit, ut studia diuersa 10 laudent? Respondit 'auaritia' ( $\Gamma' fV$ )

\*Qui fit ( $c\xi$ )] Vnde, quo modo, ex qua causa ( $\Gamma' fc\xi$ )

\*Sortem ( $v c\xi$ )] Professionem, propositum, institutum uiuendi ( $\Gamma' c\xi$ )

2. \*Seu ratio deder. (v)] Signate dixit: ratio dederit, 15 fors obiecerit ( $\Gamma' c\xi$ )

§ Aut ratione inimus propositum uitiae aut fortuna; uerbi gratia: aliquis init, ut militet: hoc rationis est; aliis de summo gradu felicitatis ad ima detrusus init docendi aut arandi necessitatem: hoc fortunae est ( $\Gamma' Vc\xi$ )

20 § Breuiter duas sectas tetigit; nam cum dicit ratio, Stoicos tangit, cum fors, Epicureos. Stoici enim dicunt omnia certa ratione fieri, Epicurei fortuitu ( $\Gamma' Vc\xi$ )

3. \*Laudet diuersa (v)] Terentii illam tractat sententiam (*Phorm. I 3, 20*):

25 Omnis nosmet nostri poenitet ( $\Gamma' bc\xi$ )

1 frugibus diuersis  $\gamma$  in templo  $\gamma c\xi$  templo cett.  
 3 satyram  $r v Vc\xi$ ] satiram  $\gamma$  5 satyra  $r Vc\xi$ ] satira  $\gamma v$   
 uocitata  $r v Vc]$  uocata  $\gamma \xi uar.$  appellata  $\xi$  in conu:  $r v V$ ; in  
 $om. \gamma c\xi$  6 conuitia  $\Gamma]$  conuicia  $Vc$  conuiua  $v$  uitia  $\xi$  in  
 uadat  $r v V$  saturati] saturi  $r$  7 idest] uel  $v$   
 10 respondet *Hauthal* 11 modo] *om. c* 16 proposita  $V$   
 19 arandi] orandi *Pauly sil.* 21 epicureos  $c\xi]$  epicuros cett.  
 22 fortuitu] fortuna  $c$  25 poenitet  $\Gamma$  penitet  $b v c\xi$

5. § Membra (*V*)] Figurate 'fractus membra', sicut (*Verg. Aen.* VIII 582):

Pictus acu tunicam

[idest fracta membra habens] (*I'bfLVcξ*

7. \*Militia est potior (*c*)] *Kατὰ νοινόν* (*I' cons. cξ* 5

\*Quid enim? (*vc*)] Quare non? et est comicum (*I'cξ*

\*Concurritur (*cξ*)] Configitetur (*I'cξ*

8. \*Cita mors (*v*)] Nam eito mori pro beneficio est (*I'fcξ* 10

9. § 'Iuris legum' quoniam multa genera iuris sunt (*I'fVcξ euān. b*

10. § Sub galli cantum (*vcξ*)] Prope galli cantum, ut (*Verg. Aen.* I 662):

Sub noctem cura recursat (*ex Porph.*). 15

'Sub' autem, quotiens tempus significat, accusatiuo iungimus, quotiens locum, ablatiuo (*I'fLVcξ*

§ Consultor (*vcξ*)] Percontator; nam interrogator non dieitur. Consultus est, qui docet; qui discit, consultor (*I'bfVcξ* 20

11. § Vadibus (*vcξ*)] Sponsoribus: a uadimonio [dicti], quo promittit se is, qui ad iudicium prouocatur, certo die adfuturum (*I'fLVcξ*

§ Vades ideo dicti, quod qui eos dederit, uadendi habet potestatem (*I'bfVcξ ex Porph.* 25

13. \*De genere hoc (*cξ*)] Qui diuersa laudant de inconstantia (*I'bfcξ*

14. § Delassare (*vc*)] Valde lassare. Ita sunt multa, ut si uelit haec enumerare, homo garrulus nimium fati-

1 sicut — tunicam] *b non liquet* 3 tunicam] chlamydem *v*  
 clamideū *cξ* 4 idest — habens] *om. cξ* 5 *κ: κ:] spatium*  
*relictum in cξ* KOINVM γ koinum *r* 11 quoniam] quia *cξ*  
 21 dicti *V om. I'fLcξ* 22 promittis γ seis *f* eis *rv LV*  
 is *cξ om. γ* qui] que *fV* prouocatur] prouocant *V*  
 28 delassere *v*

getur. Fuit tamen Fabius\*\* eques Romanus Narbonensis, qui aliquos libros ad Stoicam philosophiam pertinentes conscripsit (*I' f Vc\xi cons. Porph.*).

§ Fabius hic Pompeianas partes secutus aliquos libros 5 scripsit ad Stoicam sectam pertinentes (*cons. Porph.*) et cum Horatio s<a>epe de disciplinis contendit; ideo ait loquacem (*I' f Vc\xi*)

**15.** § Quo rem deducam (*v*)] Quid uolo dicere, quia omnes queruntur de professionibus suis et nemo uult eas 10 deserere? (*I' f L Vc\xi*)

**16.** \*Qui modo miles (*c\xi*)] Deest eras (*I' c\xi*)

**20.** § Quid causae est (*v c*)] Qua causa Iuppiter non [iure] inflet contra eos buccas suas, quod est indignationis signum, idest irascatur et expuat in facies eorum et pro-15 mittat se posthac preces eorum non admissurum? (*I' f Vc\xi*)

**23.** § Pr<a>eterea (*v*)] Ne, quemadmodum qui iocula-  
ria narrat, ridens percurrit, et ego ridens percurram  
quod coepi, audi, qua ratione coepi (*I' f Vc\xi*)

**24.** § Quamquam riſt. (*v*)] Quamuis et ridentem licet 20 uerum dicere, ut risus remedio duritiae sit, quae dicentem uera sequitur, ne asperne audiatur, quod uerum dicam (*I' f Vc\xi*)

§ Sensus est: quamquam laetitia ad ueritatem discen-  
dam obesse non possit, sicut crustula infantes a litteris 25 non impediunt (*I' f Vc\xi*)

**25.** \*Olim (*c\xi*)] Nonnumquam, interdum (*I' bfc\xi*)

§ Crustula quando neutraliter dicimus, edulia signi-  
ficamus, ut apud Virgilium (*Aen. VII 115*):

Fatalis crusti;

1\*\*= M. Fabius Gallus 4 aliquos—pertinentes] *hic om. c\xi*

12 cause *v* 13 iure *om. c\xi*, *post* inflet *pon. r* 14 expuat *c\xi*

*exspuat rf expuat \gamma v V* 18 audi — coepi] *om. \gamma*, *propter*

*homoeoteleuton* 20 sit *c\xi*] *om. cett.* 23 est *v c*] *om. I\xi* (et

est sensus *f*) 24 crustulis *c\xi* litteris *\gamma Vc*] litteris *rf* bite-

ris *v* (alliciens *pro a* litteris *\xi*) 25 impediunt *IV* ut *uid.*]

*impediuntur vfc cons. \xi* 28 apud *uirg.:*] *uirg. c\xi*

quando feminino 'haec crusta', fragmenta significat, ut apud eundem Virgilium (*georg.* III 360):

Concrescant subitae currenti in flumine crustae

( $\Gamma' f V c \xi$

\*Crustula (*c*)] Placentas ( $\Gamma' b c \xi$

5

27. \*Ludo (*c\xi*)] Rebus iocularibus ( $\Gamma' b c \xi$

\*Seria (*c\xi*)] Necessaria ( $\Gamma' b f c \xi$

28. \*Terram qui uertit aratro (*c*)] Qui rusticæ uitæ studet ( $\Gamma' b f c \xi$

30. \*Hac mente (*c*)] Hoc consilio, hoc proposito 10  
( $\Gamma' c \xi$

32. § Aiunt cum sibi s. (*v*)] Ideo dicunt sese a prima aetate laborare, ut habeant in senectute ( $\Gamma' b f V c \xi$

\*Cibaria (*c\xi*)] Viatica, alimenta ( $\Gamma' b f c \xi$

33. \*Nam exemplo est (*c*)] Parenthesis ( $\Gamma' b f c \xi$  15

\*Magni laboris (*v*)] Magnum (magni *edit.*) antitheton: paruula magni laboris ( $\Gamma' c \xi$  *cons. Porph.*

35. Haud ignara ac non incauta futuri (*y V*)] Quia formica, quam tu ad exemplum trahis, in eo cautior est quam tu, quod per hiemem requiescit et utitur praeparatis: 20 tu autem, ut nemo sit te ditior, nulla pericula pertimescis  
( $\Gamma' f V$

\*Virgilius (*georg.* I 186):

Metuensque inopi formica senectae ( $\Gamma' f$

36. \*Inuersum annum (*v*)] Mutatum, inclinatum in 25 hiemem ( $\Gamma' b c \xi$

§ Magnum epitheton anni, ut (*Verg. Aen.* II 250):

Vertitur interea caelum,

quoniam in se semper annus reuertitur et uoluitur. Maxima autem pluiae et frigora commouentur, cum sol in 30

1 haec crusta] *om. c\xi* fragmenta *v c*] fragmenta  $\Gamma f$   
frāc̄m̄ta *V* fragmento *\xi* 12 ideo] *om. \xi et edit.* 27 'magnum'  
*cf. schol. a. p. 157* 29 in *se*] *om. c\xi*

Aquarium uenerit; hoc autem fit XVII. Kal. Febr. ( $\Gamma' f V c \xi$   
*cons. Porph.*)

38. Ante qu(a)esitis ( $v$ )] Idest quae sitis per aestatem patiens utitur atque contenta ( $\Gamma' V$ )

5 \*Patiens ( $\xi$ )] Contenta ( $\Gamma' f c \xi$ )

41. 42. \*Quid iuuat ( $v c \xi$ )] Idest cum omnia facias propter argentum, auare, quid te iuuat, cum hoc defoderis in terra? ( $\Gamma' f c$  *cons. ξ*)

42. \*'Timidum' ut in arte poetica (*u. 170*):

10 Quaerit et inuentis miser abstinet ac timet uti ( $\Gamma' b f c \xi$ )

§ Quod si comminuas ( $v$ )] Quasi antipophora est, ut dicat auarus: si coepero argento hoc uti, redit 'ad assem', hoc est 'ad exiguum' ( $\Gamma' f V c \xi$ )

15 45. \*Triuerit ( $\xi$ )] Deest 'si' ( $\Gamma' f c \xi$ )

47. § Vt si r. p. ( $c$ )] Quemadmodum inter seruos plurimos, qui portat panis reticulum, non plus accipit, quam is, qui nihil portat, ita et tuus uenter non plus accipiet quam meus, quamuis non multum possideam  
 20 ( $\Gamma' f V c \xi$  *cons. Porph.*)

\*'Reticulum' rete, quo in urbe panis inter uenales portari solet; 'uenales' seruos ( $c \xi$  *cons. Γ'*)

49. 50. § 'Intra naturae fines' uiuit is qui tantum est (= edit), quantum capit uenter hominis per naturam  
 25 ( $\Gamma' f V c \xi$ )

§ Idest cum naturae fines non possis excedere magnitudine diuinarum, quia omni modo est naturae legibus seruiendum, quid tibi prodest late possidere? ( $\Gamma' f V c \xi$   
*ex Porph.*)

1 fit  $r f v V \xi$ ] om.  $\gamma c$  3 idest] om.  $v$  6 idest] om.  $v f$ ,  
*defic. ξ* 10 quaerit (querit  $c$ ) et inuentis  $c \xi$ ] om. *cett.*  
 miser — uti] om.  $f$  ac  $b c \xi$ ] et  $\Gamma'$  12 antipophora  $v \xi$ ] anti-  
 pophora  $\Gamma f V$  antiphora  $c$  ut — est] om.  $\xi$  propter homoeote-  
 leuton 14 exiguum] nihilum  $r$  21 inter uen:  $c \xi$ ] uena-  
 lis  $\Gamma'$  22 uen: seru:  $c \xi$ ] inter seruos uen:  $\Gamma$  om.  $v$   
 23 uiuit is *K.*] uiuens  $r$  uiuitis  $\gamma f v V$  u.  $c \xi$ ; edit. perperam  
 qui *K.*] que  $\gamma c$  quae  $f v \xi$  quantum  $r$  tantum] om.  $r$

\* Intra natur(a)e finis (*v*)] Naturae fines sunt, ut satur sit homo, quod etiam exiguo censu contingere potest (*I'fc\xi*)

50. \*Iugera c. (*v*)] Numquid ideo, quia habes centum milia modios, plus potes comesse quam ego, qui habeo centum modios? (*I'fc\xi*)

51. \*At suave est (*c\xi*)] Obiectio (*I'bfc\xi*)

52. \*Dum ex paruo (*vc*)] Iterum interrogat: quasi contentio inter duos, dialogismos (*I'fc\xi*)

\*Haurire (*c\xi*)] Accipere, consumere (*I'fc\xi*)

10

\*Relinquas (*c\xi*)] Concedas (*I'fc\xi*)

53. § Cur tua plus (*c\xi*)] Cumeram dicimus uas ingens uimineum, in quo frumenta conduntur, sicut ipse alibi (*epist. I 7, 29. 30*):

Forte per angustam tenuis uulpecula rimam

15

Repserat in cumeram frumenti;

sive cumerae dicuntur uasa fictilia similia dolii, ubi frumentum suum reponebant agricolae. Tertio cumerae dicuntur uasa minora, quae capiunt quinque sive sex modios, quae lingua Sabinorum trimodiae uocantur (*I'fVc\xi*)

20

54. § Vt tibi si sit opus (*c*)] Sensus hic est: ita stultus est, quisquis ex magnis diuitiis uult sumere, quod ad uitam possit sufficere, ut ille, cui cum certus modus aquae sit necessarius, malit eum de flumine quam de fonte haurire breuiore (*I'fVc\xi sim. Porph.*)

25

\*Liquidi (*vc\xi*)] Liquoris (*I'fc\xi*)

56. 57. § Eo fit (*vc*)] Idest et exinde fit, ut multi propter auaritiam periclitentur (*I'fVc\xi*)

9 dialogismos *codd. (cons. f\xi)*] dialogistas *coni. K. conl. Vulc. Gallic. Auid. Cass. 3, 5* 12 cumeram] cumerum *v*  
*13 conduntur]* reconduntur *v* 20 trimodiae *r f V* trimodie *vc\xi*  
*trimodia* *y* 21 hic] om. *fc\xi* est om. *\xi* 22 quisquis *yc\xi*  
*quisqui r v V* 23 cui *I'Vc\xi*] om. *vf* 27 et *γ v V*] om. *r fc\xi*  
*28 periclitentur]* mori dentur (*sic*) *V*

57. \*Copia ( $\nu c$ )] Vt poeta (*Verg. Aen. II 564*):

Respicio et, quae sit me circum copia, lustro

( $\Gamma'fc\xi$

\*Ordo: copia plenior iusto ( $\gamma\nu c\xi$

5 \*Plenior ( $c\xi$ )] Maior ( $\Gamma'fc\xi$

\*Iusto ( $c\xi$ )] Moderato, sufficienti. Id est ultra usum;  
plus quam oportet ( $\Gamma'c\xi$

58. § Cum ripa s. a. ( $\nu$ )] Cum securitate sua uel  
cum domicilio id est sede auferet eos periculum. Hic alle-  
10 goricos docet paucis contentum neque sordidos quaestus  
sectari neque implicari periculis ( $\Gamma'fVc\xi$

\*Auulsos ( $c\xi$ )] Raptos [sublatos] ( $\Gamma'fc\xi$

\*Aufidus acer ( $\nu$ )] Apuliae fluuius cum impetu fluens,  
[sed] nunc pro periculo posuit ( $\Gamma'bc\xi$

15 59. \*Quanto est opus ( $c$ )] Quantum sufficit ( $\Gamma'fc\xi$   
\*Limo ( $\nu c\xi$ )] Pro eo quod est perturbata uitā  
( $\Gamma'fc\xi$

60. \*Neque uitam a. in undis ( $\nu$ )] Id est non cadit  
in periculum, nec nimia mole deprimitur raptus aquae  
20 impetu ( $\Gamma'fc\xi$

61. \*Decepta c. ( $\nu$ )] Falsa opinione, aut inepta et  
inani cupiditate ( $\Gamma'bfc\xi$

§ Cupidine f. ( $c$ )] Pro eo, quod est falsa cupiditate.  
Et notandum cupidinem genere masculino pro cupiditate  
25 noue omnino ( $\Gamma'fVc\xi$

62. § Nil satis est inquit ( $\nu$ )] Ita multi homines  
praua cupiditate possessi dicunt: appetenda est maxime  
pecunia, cui defertur praecipue ( $\Gamma'fVc\xi$

2 respicio et] om.  $f$  lustro] om.  $\nu$  9 auferat  $fc$   
aufferat  $\xi$  11 implicari  $\gamma$ ] implicari cett., *V add.*: 'id est non  
cadit in periculum' *uide lin. 18 sq.* 12 sublatos om.  $c\xi$   
13 fluens] currens  $b$  14 sed  $c\xi$  om. cett. 19 depr:] obruitur  $c\xi$   
16 pert:] conturbata  $\xi$  turbata  $rf$  21 et  $\Gamma c\xi$  aut  $\nu f$  23 cupidine f.] fto c.  $\xi$  27 appeten-  
dam esse maximam  $c\xi$  maxime] maxima *V*

§ Nil satis est inquit quia tanti quantum habeas sis (*V*)] Nescio qui tibi dicit, quod numquam satis diuitiae congerantur. Pro modo enim earum et personis [honor] defertur (*I'fVc\xi sim. b*)

§ Auarus ideo plus uult habere, quia cumulus diuitiarum grandem hominem congeminat (*I'Vc\xi*) 5

63. § Quid facias i. (c)] Si talis est, ut ab hac persuasione remoueri non possit, permitte eum miserum esse. Quid enim ei facias, qui talis est? (*I'Vc\xi*)

§ Miserum esse libenter (*v*)] Libenter miser est is, 10 qui pro uoto suo magno labore quaerit maximam pecuniam (*I'Vc\xi*)

64. \*Quatenus (*c\xi*)] Quamdiu (*I'fc\xi*)

§ Vt quidam m. A. (*vc*)] De Thimone ait Athenensi, qui cum odium generi humano indixisset, ipse tamen pe- 15 cunia sua laetatus est (*I'fVc\xi*)

66. § Populus me sibilat (*v*)] Quia solebat populus ingressis theatrum bene meritis plaudere, malos exsibilare (*I'fLVc\xi cons. Porph.*)

§ Vel aliter: quando dabat munus, pauca donabat et 20 a populo sibulum patiebatur (*I'fLVc\xi*)

67. \*Contemplor (*c\xi*)] Considero (*I'fc\xi*)

68. § Fugientia c. f. (*v*)] Auaros ait poena urgeri, quam Tantalo fabulae ascripserunt; sed commendandum est hoc pronuntiatione. Vult autem hoc dicere, quod 25 similis est Tantalo, qui habet pecuniam et non utitur, quia, quemadmodum Tantalus non potest uti praesentibus, ita neque auarus (*cons. Porph.*); sed ille a Furiis, iste sua uoluntate prohibetur (*I'fVc\xi*)

1 nihil *V*, nil *γν* 4 honor *b* et edit., sed cf. p. 8, 28 5 ideo *c\xi*  
 adeo *I'V* 9 ei facias *r\nu V*] facias ei *γc* facias illi *ξ*  
 11 pecuniam maximam *V* 14 thimone *I'V*] thymone *fc\xi*  
 15 odium] odium pecuniae *ξ* odium pecunie *c* pecunia sui *r*  
 pecunia sua *cett.* 18 ingressus *γLVc\xi* exsibilare *γfvc*]  
 exibilare *rV\xi* exhibilare *L* 23 urgeri *γf\nu V\xi* *Porph.*] urgieri *r*  
 urgere *c* 29 uoluptate *v* uolumptate *ξ*

71. \*Inhians (*νε cons. ξ*)] Timens, sollicitus. Quidam stupens gaudio accipiunt (*Γ' b c ξ*)

§ Et tanquam parcere sacris (*c*)] Bene sacra in comparationem et picturam introduxit, unde nihil ad quā estum 5 adimi potest. Nam ex una parte religio prohibet, ex altera tantum ars sine fructu intuentium animos quoque includit (*Γ' f V c ξ*)

72. § Pictis tabellis (*v*)] Eleganter tales ait auaris esse diuitias, ac si pictae sint tantum, quae per auaritiam 10 tangi non possunt (*Γ' f V c ξ ex Porph.*)

73. \*Nescis quo ualeat (*v*)] Increpat auarum: usum pecuniae ignoras? Enfasis est: ad quos factus est usus nummus, nescis? (*Γ' b f c ξ*)

74. \*Panis ematur (*v*)] Definitio, quibus rebus 15 necessarii sint nummi (*Γ' (r f v) c ξ*)

75. § Adde quis [quis] h. s. d. n. n. (*c*)] Id est adde etiam illa, quibus negatis dolet natura hominum. Dicit autem balneum usumque mulieris et alia huius modi, quibus aut frigus aut fames repellitur (*Γ' f V c ξ cons. Porph.*)

20 \*Doleat (*c ξ*)] Aegre ferat (*Γ' b f c ξ*)

76. \*An uigilare (*c*)] Quae patiuntur auari (*Γ' c ξ ex Porph.*)

78. \*Ne te compilent f. (*v*)] Expolient (*Γ' f c*)

§ Compilare dicuntur milites, qui occisis quibusdam 25 insignia in bello tollunt (*Γ' f V c ξ*)

\*Hoc iuuat (*ν c ξ*)] Semper timere, semper esse sollicitum (*Γ' f c ξ*)

\*Horum (*v*)] Quae tu bona iudicas (*Γ' f c ξ*)

78. 79. \*Horum semper e. o. p. e. b. (*c*)] Sic ‘bo- 30 norum pauperrimus’ ut (*Verg.. Aen. I 14. II 22*):

Diues opum (*γ ν c ξ*)

6 altera] altera parte *V* 7 includit *γ ν V*] illudit *r f c ξ*  
 8 auaris *γ f Porph.*] auaros *V* auaro *r ν* auari *c ξ* 11 incr: —  
 ignoras] om. *f*; incr: *au*: et enf: — nescis] om. *b* 12 enfasis]  
 emphasis *c ξ* 23 expol: *Γ' f c ξ*] om. *v*

§ Ego semper opto egentissimus esse neque habere haec bona, quae mihi adferant cruciatum ( $\Gamma' f Vc\xi$  sim. *Porph.*)

80. § Temptatum c. (v)] Idest si temptatum corpus tuum frigore aut alio casu condoluerit, nemo te optabit 5 conualescere ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

82. § Fomenta p. (v)] Fomenta dicta, quod aegritudinem foueant; inde et 'fomites' dicti, quod flammarum foueant ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

86. § Miraris cum tu a. p. o. p. (c)] Miraris te odio 10 esse, cum tu omnia argento postponas; idest miraris, si nemo te amat, cum omnibus rebus praeponis argentum, hoc est cum post argentum ponis omnia ( $\Gamma' f Vc\xi$  cf. *Porph.*)

88. § An si cogn. n. l. (v)] Sensus: an si cognatos, quos tibi gratuitos natura concessit, et amicos humanitate 15 tua tibi deuinxeris, uideris tibi ita operam perdere, ut ille, qui asino uelut equo uult uti? De asino autem proverbiale est (*cons. Porph.*). Aliter: an si uelis aliquo obsequio, aliqua sedulitate conciliare tibi affines tuos, perdis operam, sicuti is, qui uult docere asinum currere? 20 Nam qui in cursum exercet asinum, perdit operam, quia exercendus est equus ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

\*Nullo natura l. q. t. d. (c)] Quia nullo nostro labore, nulla industria nobis nascuntur propinquai ( $\Gamma' fc\xi$ )

91. \*Parentem ( $vc\xi$ )] Famulantem, oboedientem ( $\Gamma' b c\xi$  25)

92. § Sit finis quāerendi (v)] Sensus [est]: postremo cum aucta sit pecunia tua, minus iam debes paupertatem

2 haec (hec v) bona habere  $vf$  habere haec (hec  $fc$ ) bona cett. adferant *V Porph.*] afferant  $\Gamma' fc\xi$  8 foueant  $\xi$ ] foueat *V* fouent  $\Gamma' fc$  12 nemo te  $\Gamma' fc\xi$ ] te nemo v nemo *V* 14 an] at c an] at  $rc$ , defic.  $\xi$  15 gratuitos] gratuito edit. 16 tibi  $Vc\xi$ ] om.  $yf$ , ante hum: ponit r uide-  
ris tibi ita operam perdere] ita uideris operam perdere  $c\xi$   
ita operam  $yf V$ ] operam ita r operam v 17 ille  $f Vc$ ] illi r  
illo  $\xi$ , om.  $y$  18 (an hic omn. codd.) 19 tuos] om. v  
21 cursu  $c\xi$  25 famul: om. b oboed: r] om.  $c\xi$  obed: cett.  
26 est v om.  $\Gamma f Vc\xi$  27 paupertatem  $\Gamma c\xi$ ] paupertati v *V*  
paupertari f

metuere et labor tuus finem debet accipere, cum adquisitum habeas, quantum optaueras ( $\Gamma' f V c \xi$ )

94. § 'Auebas' enim aut quantum audius fueras quaerere aut audire cupiebas; unde audi auari dicti ( $\Gamma' f V c \xi$ )

5 95. \*Dives ( $v c \xi$ )] Deest hic 'ita', ut sit: ita diues ( $\Gamma' b f c \xi$ )

97. \*Non umquam seruo m. u. ( $v$ )] Potest et 'non-numquam' legi, ut perraro melius seruo uestitus fuerit ( $\Gamma' b f c \xi$ )

10 100. § Tyndaridarum ( $v c$ )] [Graecarum.] Pro Tyn-daridum. Significat autem Clytemestram aut Helenam. Nam Clytemestra Agamemnonem, Helena Deiphobum interfecit, at ambae Tyndarei filiae ( $\Gamma' f V c \xi$ )

15 101. § Neuius tam parcus fuit, ut merito sordidus appellaretur. Econtra Cassius Nomentanus tam profusus fuit, ut sestertium septuagies libidini et gulae in-penderet. Huius cocum Damam nomine Sallustius Crispus centenis milibus annuis conductum habuit (*ex Porph.*).

20 102. 'Nomentanus' aut nomen proprium est aut gentile de Nomentana ciuitate, et significat quendam Cassium luxuriosum, qui inde fuit ( $\Gamma' f V c \xi$ )

§ Pergis p. s. (c)] Id est quare pugnantia contra se loqueris? quod auarus et luxuriosus pugnantia sunt, et non magis conuertis te ad id, quod est commodum, id est medium? ( $\Gamma' f V c \xi$ )

\*Ordo est: frontibus aduersis pugnantia ( $\Gamma' b c \xi$ )

1 debet] *om. V*      3 aut quantum  $\gamma V$ ] ait quantum  $r f c \xi$   
 4 auari dicti  $\gamma v V$ ] auari dicti sunt  $f$  dicti sunt auari  $r$  auari  
 sunt dicti  $c \xi$       5 ita ut — diues] *om. b*      10 graecarum  
 $om. f V$  pro tynd:] *om. c \xi*      11 clytemestram  $c$ ] clet:  $\xi$  clit: *cett.*  
 12 demestra  $V$  clit: *cett.*      agamemnonem  $\gamma$ ] agamem  $v$  aga-memnonem  
 $r f V$  agamenonem  $c \xi$       deiphobum  $v$ ] deiphoebum  $\Gamma$   
 deiphebum  $f V \xi$  deiphebus  $c$       15 econtra  $v f V c$ ] et contra  $\Gamma \xi$   
 contra *Porph.*      16 in-penderet  $\Gamma$ ] impenderet  $v f V c \xi$       17 sal-lustius  $v f$ ] salustius  $\Gamma V c \xi$       18 annuis  $K$ . *ex Porph.*] annis  
 $\gamma v V c \xi$  nummis  $r f$  aeris *edit.*      19 nomentanus] *om. V* lem-matis instar ponit  $v$  aliter nomentanus  $c \xi$       22 se  $\gamma c \xi$ ] te *cett.*  
 codd.      26 est *om. r c \xi*

**103.** \*Componere (*vc\xi*)] Comparare, quoniam, qui repugnant, frontes aduersas habent (*\Gamma' bfc\xi*)

**104.** § Cum ueto te fieri uappam a. a. n. (c)] Vappae dicuntur perditae ac luxuriosi; nebulones uero uani et leues ut nebula. Aliter: uappa dicitur stultus et insulsus, qui nihil sapit; dicitur etiam uinum uappa, quod perdidit saporem (*\Gamma' fVc\xi*)

**105.** § Tanais, libertus M(a)ecenatis nobilissimus, spado, socer autem Viselli hirneosus (*cf. Porph.*); ac si diceret: multum interest inter eunuchum et hirneosum, 10 idest inter ramicosum et spadosum (*\Gamma' fVc\xi*)

**106.** \*Est modus in rebus (*vc*)] Ut metron ariston (= *Pseudophocylid.* 36: πάντων μέτρον ἔριστον), hoc est (*Terent. Andr.* I 1, 34): ‘nequid nimis’; ideo ait: ‘est modus in rebus’ (*\Gamma' bfc om. \xi*)

**107.** \*Quos ultra citraque (*v*)] Id est ultra hos fines et infra rectum consistere non potest, sed in hisdem (*\Gamma' bfc\xi*)

**108.** § Illuc unde abii redeo (*\Gamma' Vc*)] Quia digressionem fecit inducta fabula Vmmidii, transit modo ad 20 propositum suum, ad danda praecepta (*\Gamma' fVc\xi*)

§ Et est duplex sensus: aut quod omnes alienas conditiones laudant, suas uituperant, sed praecepit auarus, qui se miserum dicit et egentem; aut quod ceteri quidem homines aliena studia approbat, auarus uero in eo sibi, 25 quod auarus est, placet (*\Gamma' Vc\xi*)

1 qui] quae *\xi* edit. que *c* 4 ac *\gamma v f V*] et *rc\xi* uani  
*vc\xi*] auari *r vf V* 6 etiam] enim *fc om. \xi* 9 hirneosus  
*\gamma Porph.* hyniosus *rf V* hyniosus *v* herniosus *c\xi* 10 hirneosum  
*\gamma* hyniosum *v* hyniosum *f* hyniosum *V* herniosum *c\xi*  
12 ut — nimis] *om. f* metron — est] *om. c* metron  
(metro *\gamma*) ariston (aristen *b*) *\Gamma' b* 16 fines *\Gamma' bf*] modos id est  
fines *c\xi* 17 sed in hisdem] *om. bf* hisdem] iisdem *c\xi*  
19 quia] qua *V* 20 ummidii *\gamma v*] *om. r*, lacuna in *V* ubidi  
*c* ummidii *f* ubi dii *\xi* 22 et est *rv*] *om. \gamma Vc\xi* condiciones  
*V* 23 laudent *c\xi* uituperent *c\xi* 25 in eo sibi  
quod *v V*] in eo quod sibi quod *r* in eo quod sibi *\gamma*, sed binis  
punctis additis supra uocibus sibi et placet sibi ante placet  
pon. *c\xi* 26 (placet, non placeat, omn. codd., etiam *c\xi*)

**108. 109.** \*Nemon (*sic etiam ν*) ut a. se p. (*cξ*)] Quomodo nemo auarus se probet, nemo auarus sibi sufficiat, nec de se iudicet (*I'cξ*)

**109.** \*Probat [esse] se auarum, qui aliena cum 5 gemitu miratur (*I'fcξ*)

§ Laudet diuersa (*ν*)] Ad sermonis sui sensum, quem inchoauerat, recurrit. Cum cooperit autem dicere nullum hominum statu rerum suarum gaudere et laudare diuersa, a quibus dissentiret, tamen auarum ait solum proposito 10 suo gaudere (*ex Porph.*). Haec autem admiratio pronuntiantis non ad illud pertinet, quod auarus se non probet, sed quod nemo aliis (*I'fVcξ*)

**110.** § Quodq; a. c. g. d. u. t. (*c*)] Quomodo tabescat auarus cum uideat pleniora ubera capellae uicini esse 15 (*I'fVcξ*)

\*Ouidius (*art. am. I* 349. 350):

Fertilior seges est alienis semper in agris  
Vicinumque pecus grandius uber habet

(*I'cξ cons. Porph.*)

**111.** Quia maior [est] numerus pauperum, moneo, ut 20 nemo se existimet pauperem (*I'fV*)

**111. 112.** § Neque se m. p. t. c. (*c*)] Ad illud reedit, ut dicat, quomodo auarus non patitur se esse pauperem, sed studeat singulos superare diuitiis (*I'fVcξ*)

**114.** § Vt cum c. m. r. u. c. (*c*)] Totus iste uersus 25 dianecos (= διανεκῶς = uno tenore) est (*I' Vcξ*)

§ Nam hoc interposito sequentem superiori sensui adiungit; qui sensus talis est: quemadmodum auriga instat cum equis his, qui uincunt equos suos. Quando autem

conciliatione missi erant legati ab Augusto ad Antonium,  
15 qui postea bellum ciuile gesserunt (Γ' bf Vcξ)

\*Iam tunc enim [Augustus et Antonius] dissentire  
c⟨o⟩operant (Γ' cξ)

29. § Auersos soliti componere amicos (c cons. Vξ)]  
Quoniam adhuc inter Augustum et Antonium reliquiae  
20 erant dissensionis (Γ' bf Vcξ)

32. § Fonteius (c)] Ad unguem facti homines di-  
cuntur, qui sunt urbani, qui sunt eloquentes, qui sunt  
dicaces, qui non habent uitium (Γ' f Vcξ)

§ Translatio a marmoribus, quorum iuncturae ex-  
25 plorantur unguibus (cons. Porph.). Persius (1, 64. 65):

Vt per leue seueros

Effundat iunctura unguis?

Virgilius (*georg.* II 277. 278):

In ungue

30 Marmoribus positis secto uia limite quadret  
(Γ' bf Vcξ)

2 imperauit γ] imp: cett. 4 imper: γb] imper: rνV  
cons. f imperauit romae (rome) cξ 16 aug: et ant:] om. cξ  
cesar et antonius r 19 adhuc] om. cξ 24 explorantur  
unguib[us γ] unguibus explorantur cξ explorantur ut V explo-  
rantur cett. 27 eff: — quadret] defic.b unguis V pr.

33. \*Alter amicus (*v*)] Vt non inueniretur, qui magis esset amicus Antonii (*I'bc\xi*)

34. \*Praetore (*v*)] Praetorem pro magistratu dixit, hoc est duumuiro (*I'bc\xi*)

\*(<Fundos>) [Fundus] nomen oppidi, quod numero 5 plurali dixit tantum (*I'fc\xi*)

35. Scrib<a>e (*v*)] Qui ante scriba fuerat, aut pro magistratu (*I'(rfv) V*)

§ Aliter: quia de <de>curia scribarum fuerat (*cons. Porph.*) et hoc pro praemio fuerat consecutus, ut magistratus esset (*I'(rfv) Vc\xi*)

36. \*Clauum (*v*)] *Tòv κολοβίωνα*, purpúram, quae in pectore extenditur senatorum (*I'bfc\xi*)

37. In Mamurrarum (*v*)] In Formias ciuitatem, quia Mamurrae quidam fratres dicebantur senatores, qui maximam partem Formianae ciuitatis possidebant; ideo dicebatur Mamurrana ciuitas (*I'bfV*)

§ Mamurrarum, ut Lamiarum, familia fuit, quae a Formiis originem duxit (*I'bfVc\xi*)

38. \*Domum (*v*)] Hospitium; idest mansimus apud 20 Murenam, cenauimus apud Capitonem (*I'bc\xi Porph.*)

§ Capitone c. (*c*)] Culina dicta est coquina, quod ibidem di Penates colantur. Aliter: culina idest cocina ab eo, quod culiat carbones (*I'bfVc\xi*)

41. \*Candidiores (*c*)] Pulchriores (*I'bc\xi*) 25

45. \*Villula (*v*)] Quae est intra XVI lapidem a Capua (*I'bf ex Porph.*)

46. § Et parochi (*vc\xi*)] Parochi genus officii, solitum peregrinis sales et ligna praebere, et significat publicum cursum (*I'bfVc\xi*) 30

3 praetorem *om. bv* pretore *γ* 5 fundum *ξ* hi fundi  
*gloss. b* quod — tantum] *om. b* 7 pmagistratus *V*  
 9 de decuria scribarum *Porph.*] de scribarum familia *ξ* de  
 curia scribarum *cett.* 10 consequutus *f* 12 *τòv κολ:* *om. c\xi*  
*idem inserunt* pretextam 18 *ut*] et *rc\xi* autem ut *b cons. f*  
 21 murenam] murrene uicum nam *c\xi* 22 quod] quia *c\xi*  
 23 di *V*] dii *cett.* cocina] coquina *vc\xi* 29 salem *c sal ξ*

Parochi sunt, qui solent legatis causa rei publicae iter facientibus necessaria ministrare, publici muliones; παρέχειν est exhibere (*Γ' bfV cons. Porph.*).

**47.** § Clitellas (*νcξ*)] Sagmas siue sellas, alii instrumenta, quibus animalia sternuntur, alii uncinos ligneos, quibus onera inponuntur. Et notandum tempore pro tempore (*Γ' bfVcξ*)

Alii dicunt, quod ligna sint, idest uncini, quae super animalia posita hinc inde onera sustentant (*Γ' bfV*)

**49.** § Crudis (*νcξ*)] Ad Virgilium retulit (*cons. Porph.*), qui difficile digerebat; dicebatur enim stomachum dolere Virgilius (*Γ' bfVcξ*)

Aliter: crudis aut inperitis aut indigestis; nam qui stomachi dolorem patiuntur, tardius digerunt (*Γ' bfV*)

**51.** § Caudii (*c*)] Caudium ciuitas Samnii (*Γ' bVcξ*)  
§ Caudi cauponas (*Γ' cons. V*)] Lucanus (II 138):

Vltra Caudinas sperauit uolnera furcas.

Non longe autem est a Beneuento (*Γ' bVcξ*)

\*Locus est, qui sic appellatur: 'ad tabernas Claudi';  
20 alii oppidum uolunt, alii tabernas (*Γ' b*)

**51. 53.** § Nunc mihi paucis (*v*) Musa uelim memorares (*c*)] Quidam reprehendunt Horatium, quia de rixa dicturus petiuit auxilium Musae: stulte, nam oratorie hoc fecit. Quando autem de re leui dicturi sumus, attentum 25 debemus facere auditorem propter leuitatem rei; uel etiam quia descripturus uiam suam non debuit praetermittere, quod in ea iucunde factum uidebatur, siue ludo poetico (*Γ' bfVcξ*)

3 παρέχειν edit.] parexein *b* paraxein *γV* parechein *rνf*  
4 s: s: s:] sangitiā stellas *ξ* sagmas *rbfVc*] saginas *γν*  
6 inpon: *γb*] impon: *rν Vcξ* tempori] temperi *V* temporei *ξ*  
8 uncine *V* 13 inperitis *γV*] imp: *rνbf* 16 lucanus]  
om. *b* 17 uolnera *Lucanus*] uulnera *γcξ* ponere *rbfvV*  
18 est] abest *cξ* 19 claudi] sic hic *Γ' b*, nullus caudi  
22 quia] quod *cξ* 24 uili *b* 27 iuc:] *rvc* iocunde *γbfVξ*  
siue *cξ* edit.] sine *Γ' bfV*

53. Musa uelim (*vc*)] Eleganter quasi fantasia poetarum operis heroici, ut (*Verg. Aen.* VII 37):

Nunc age, qui reges, Erato,  
et (*Aen.* VII 641):

Pandite nunc Elicona, deae,  
et (*Aen.* XII 500):

Quis mihi nunc tot acerba deus? (*Γ' bf V*)

54. § 'Osci' Capuani, aut yronicos cuiusdam Osci ignobilis filius, unde obsceni figuratae, ut (*Verg. Aen.* V 285):

Cressa genus, Pholoe,  
et (*Aen.* VIII 114):

Qui genus? unde domo? (*Γ' bf Vc ζ*)

Figurata locutio: Messi genus Osci sunt (*Γ' bf V*)  
*ex Porph.*

\*Campanus erat, quia Campania Oscia dicta est, sed 'nobilis Osci' irridens ait; sunt <eni>m ore infames (*Γ' b gloss. V*)

55. \*Sarmenti domina (*v*)] Hic libertum ostendit fuisse (*cf. Porph.*), licet postea decuriam acceperit (*Γ' b* 20)

58. Caput et m. (*v*)] Deridet illum, quia commouit caput, et ait: o si non essem mutilatus praesecto cornu de sinistra parte frontis, quid faceres? Quomodo minitaris ut taurus? (*Γ' bf V*)

62. Campanum in morbum (*v Vc*)] Aut oris foeditatem aut arrogantiam. Dicuntur enim Campani et foedi esse et arrogantes. Si foedi, accipimus κατὰ τὸ αὐτό (*Γ' bf V*)

8 capuani] campani quia oscia (hostia  $\zeta$ ) campania dicta est  $c\zeta$  yronicos *hic omn. codd., nisi quod hermonicos c, in  $\zeta$  lacuna 16 sed — infames]* *om. c* 17 enim ore *K.] more codd. mores Hauthal ore Porph.* 25 f: dicit *bf*

§ Aliter (*ut Porph.*): Campani, qui Osci dicebantur, ore inmundi habitu sunt, unde etiam obscenos dictos putant, quasi oscenos. An ideo dixit Campanum in morbum, quia Campani morbum dicacitatis patiuntur?  
5 (*I'bfVc om. ξ*)

64. \*Aut tragicis (*v*)] Quia longus erat (*I'bf*

65. 66. § Donasset iamne[c] catena< m> (*ξ*)] Solebant pueri, postquam pueritiam excedebant, dis Laribus bullas suas consecrare (*cons. Porph.*), similiter et puellae 10 pupas. Modo ergo ridens interrogat, si consecrasset catenam, qua fuerat ligatus quasi seruus (*I'bfVc ξ*)

§ Bullas nobiles senatores gestabant, quas adulti diis Penatibus consecrabant, hic, quia seruus, catenam (*I'bfVc ξ*)

15 Hoc quasi in seruum conuiciose. Nam qui togam sumunt, solent bullam Laribus donare; et eleganter catenam ait, idest compedes, quasi seruus, quia pueri bullas donabant Laribus, puellae pupas (*I'bfV*)

Catenam (*v*)] Quasi simiam uoluit notare, ideo 20 'catenam'; aut quia seruus, aut quia breuis ut simia (*I'bfV*)

66. \*Scriba quod esset (*v*)] Non quia scriba factus es, ideo amisisti conditionem seruilem (*I'bc ξ*)

67. \*Domin< a >e ius (*c ξ*)] Significat eum seruum 25 fuisse (*I'bfcc ξ*)

72. \*⟨Arsit⟩] Frigit, assat (*I'b*)

74. \*Lambere (*c*)] Vt (*Verg. Aen. II 684*):

Lambere flamma comas (*I'bfcc ξ*)

77. \*Montes notos (*v*)] Bene dixit notos; Apulus 30 enim fuit siue Venusinus (*I'bfcc ξ*)

1 aliter] *om. bfc* 3 an ideo] aut ideo *v* aut uero *c*  
8 dis *γνV*] diis *rbfc ξ* 10 pupas *rνVc*] puppas *γbf ξ*  
13 hic] sic et hic *c ξ* 15 conuiciose *bFV* 18 puppas *γbf*  
puppas *cett.* 22 factus es (est *ξ*) scriba *c ξ* 23 condicionem *b*  
24 significat] ostendit *c ξ*

78. § 'Torret' incendit, quia nimio calore flans penitus illam regionem exsiccat. Vnde et pestiferus dicitur esse, idest grauis. Atabulus autem nomen uenti, ἀπὸ τοῦ τὴν ἄτην βάλλειν. idest pestilentiam ( $\Gamma'bfVc\xi$

\*<Atabulus>] Qui uulgo Atabus dicitur, uentus fermentissimus in Apulia ( $\Gamma^b$

79. § Erepsemus ( $v$ )] Transissemus pro erepsissemus (*leg.* Pro erepsissemus: transissemus) siue paene transissemus, et est figura detractio ( $\Gamma'bfVcp$

§ Triuici ( $Vc$ )] Oppidi in fine Campaniae (*Porph.*), 10 quo uehicula iuncta accederē nequeunt, ideoque Horatius ad uillam deuertit ( $\Gamma'bfVc\xi$

Aliter: hoc Triuicium prope Apuliam est ( $\Gamma'bfV$

81. \*Vdos ( $vc\xi$ )] Vmidos, uirides ( $\Gamma'bf\xi$

\*Vrgente camino ( $v$ )] Idest accepit nos cum summo 15 fumo, quia ibi urebantur rami ( $\Gamma'bf\xi$

83. \*Somnus tamen aufert ( $c$ )] Illam expectationem; et abundat tamen ( $\Gamma'bf\xi$

84. \*Intentum u. ( $c$ )] Expectantem uenerem ( $\Gamma'bf\xi$

87. § Quod uersu dicere non est ( $v\xi$ )] Quia Equum 20 Teticum dicebatur oppidum et non poterat in uersu suo ponere huiusmodi nomen (*ex Porph.*), ac per hoc signis utitur, quibus indicet ipse, quod uellet. Ita autem 'dicere non est' ut dicimus: 'soluendum non est' ( $\Gamma'bfVc\xi$

2 pestiferus  $\Gamma'fV$ ] pestifer  $bc\xi$ , cf. *Celsus* II 6      3 idestr] et  $c\xi$  om. cett.    4 ἀπὸ τοῦ τὴν ἄτην] ΑΠΟΤΟΛΗΝΑΤΗΝ  $\Gamma V$   
ΔΠΟΤΟΓΕΝΑΤΗΝ  $v$  apontenaten  $bf$ , lacuna in  $c\xi$  βάλλειν] recte  $r$  ΒΥΛΛΗΝ  $\gamma$  ΒΥΔΔΗΝ  $V$  ΒΟΛΛΗΜΙΝ  $v$  bolasin  $bf$ , lacuna in  $c\xi$  5 atabus  $\gamma b$ ] atabulus  $r$  uentus — apulia] om. b feru:  $r$  *Porph.*] fortissimus  $\gamma$  12 deuortit  $V$  13 aliter] om.  $\gamma$  hoc triuicium  $bf$ ] hoc tricium  $\Gamma$  tricium hoc  $V$  tricium  $v$  prope apuliam est] est prope apuliam  $bf$  14 umidos  $r b v$  umidos  $f$  hum:  $\gamma c\xi$  uirides] om.  $\xi$  15 summo  $c\xi$ ] om. cett.    18 et — tamen] om. b abundat  $c\xi$  hab: cett.    20 uersu] om.  $\xi$  dicere] dič  $v$  om.  $\xi$  equum  $V$ , item *Porph.*, sed uide *Mommsen unterit. Dial. p. 304* 21 tuticum  $v$ ] tuticum  $\Gamma f$  tucium  $bV$  tutium  $c$  tuum  $\xi$  23 quibus — uellet] om.  $c\xi$     24 soluendum  $\gamma$ ] soluendo cett. -ando  $f$

\* Hoc Vitusium dicitur (*gloss. codicis Hor. μ = Montepessul.* 425)

\* Scilicet Euticinium (*gloss. codicis Hor. ν = Paris.* 8213)

88. \* Venit (ν)] Venditur, distrahitur ( $\Gamma' b$ )

5 \* Quia apud Equum Toticum aquae est inopia ( $\Gamma' b c \xi$ )

89. Vltra] Post Equum toticum ( $\Gamma' b f V$ )

91. <Canusi>] Oppidum Canusium, aduerbialiter  
Canusi ( $\Gamma' b V$ )

§ Apud Canusium, oppidum Apuliae, lapidosus est  
10 panis. Hac de causa ab Equo Toticio emitur panis;  
similiter et ibi aqua deest, ut in Equo Toticio ( $\Gamma' b f V c \xi$ )

94. § Inde Rubos (ν)] Nomen oppidi. Hinc putant  
dixisse Virgilium (*georg. I* 266):

Rubea texatur fiscina uirga ( $\Gamma' b f V c \xi$ )

15 96. \* Postera tempestas ( $b \xi$ )] Posterum tempus,  
postera dies, status caeli, hoc est: altero die serenum  
fuit caelum ( $\Gamma' b c \xi$ )

<Via peior>] Post pluuiam enim alio die iter est  
incommodum; nam pluua nondum infusa terra tolerabilior  
20 est ( $\Gamma' b f V$ )

97. § Bari moenia (ν)] Ciuitas est, quae Atbaris  
dicitur hodieque, ut dixit grammaticus Theotistus ( $\Gamma' b V c \xi$ )

Aliter: ciuitas Apuliae, quae appellatur Barium ( $\Gamma' b V$ )

98. \* Lymphis iratis (ν)] Quia eget aqua [uel quia  
25 habet salsam aquam aut amaram] ( $\Gamma' b f cons. c \xi$ )

5 in equo tutio  $c$  in eqututio  $\xi$       tunicum  $\nu$ ] tunicum  $b$   
tutium  $r$  tutitium  $\gamma$       6 ultra K.] at  $V$       tunicum  $f$  tucium  $r V$   
tutorum  $\nu$  tunicum  $b$       7 opp: can:  $\Gamma' b$ ] canusium oppi-  
dum  $V$       aduerbialiter canusi  $\Gamma' b V$ ] canusi adu:  $\nu$       9 cf.  
*fragmenta Bobiensia = gr. Lat. VII p. 543 Keil:* ‘Canusium  
oppidum est Apuliae’      10 ab] de  $c \xi$       equo *hic omn.*  
tuticio  $b V$  tutitio  $\gamma$  tucicio  $f$  tuttio  $\nu$  tutio  $r c \xi$       11 tuticio  $b f$ ]  
tutitio  $\gamma \nu$  tucio  $V$  tutio  $r c \xi$       12 n: o:] oppidum est italie  $c \xi$   
hinc putant d: u:] uirg.  $c \xi$       14 fiscina  $c$  *Verg.*] fascina  $\xi$  *om.*  
*cett.*      15 post: tempus] *om. b*      16 altero — caelum] sere-  
nitas  $c \xi$       21 ciuitas est quae (que  $c$ )  $c \xi$ ] barium nomen  
oppidi quod  $b$  quae *cett.*      atbaris] ad baris  $c$  albaris  $\xi$   
24 eget aqua] aquas non habet  $c \xi$       uel — amaram] *om. c \xi*

§ Dedit r. q. i. (c)] Risimus, inquit, quod audiuimus apud Gnatiam in aris sine flamma tura consumi ( $\Gamma'bfVc\xi$

**100.** § Iudeus Apella ( $\nu$ )] Finxit nomen, quasi sine pelle, aut certe Apella [circumcisus Apella], qui praeputium non habet ( $\Gamma'bfVc\xi$  cons. Porph. 5

**101.** \*Nam Epicur<e>us erat; ideo dixit deos non curare mortalia ( $\Gamma bfc\xi$ )

\*Lucretius de deo (I 61):

Nec bene promeritis capitur nec tangitur ira ( $\Gamma bf$ )

§ Dogma Epicureorum. Vt poeta (*Verg. ecl. 8, 35*): 10

Nec curare deum credis mortalia quemquam

( $\Gamma'bfVc\xi$

**103.** \*Tristes ( $c\xi$ )] Sollicitos ( $\Gamma bfc\xi$

\*Ex alto tecto ( $\nu$ )] Plautus in Amphitrione (III 1, 3):

In superiore qui habito cenaculo; 15

sunt autem uerba Louis ( $\Gamma'bf$ )

**104.** \*Finis chartaeque u. est ( $\nu$ )] Idest et carminis mei et finem uiae fecit Brundisium ( $\Gamma'b$  cf. Porph.)

## SERM. 6

**1.** § Non quia M<a>ecenas L. q. E. ( $\nu$ )] Vt (*carm. 20 I 1, 1*):

M<a>ecenas atauis edite regibus ( $\Gamma'bfVc\xi$

2 sine flamma b] sine flamas  $\xi$  fines lamma  $\gamma$  flamma  
sine  $r\nu V$  flamas sine c flamina sine f 4 circumc: ap: om. c\xi  
6 non curare deos bf 10 dogma] est autem dogma f est  
autem docma b secundum dogma c sed dogma  $\xi$  13 solli-  
citos  $\Gamma'bf$ ] seueros in scrutando soll: c in excutendo soll:  $\xi$   
17 cartheque  $\nu$  18 brundisium  $\gamma b\nu$ ] brundusium r

§ M<a>ecenatem alloquitur, candorem animi eius  
commemorans, qui generosos atque humiles absque discrimine accipiat ( $\Gamma'bfVc\xi$  ex *Porph.*)

\*Lydorum ( $\nu$ )] Pro 'Tyrserorum' ( $\Gamma'b$ )

5 \*⟨Etruscos⟩] Deest habes ( $\Gamma'bc\xi$ )

1. 2. § Lydi quondam Tusciā possederunt (*cons. Porph.*), a quibus originem M<a>ecenas trahebat. Sensus hic est: non te, inquit, extollit nobilitas gentis et sanguinis, ut despicias eos, qui ex infimis nati sunt, sciens, 10 quod non genus in homine, sed uirtus in homine quaerenda est ( $\Gamma'bfVc\xi$ )

§ Non quia habes Etruscos fines, quos incoluit, quicquid Lydorum fuit, nec ideo quia nemo te est generosior, neque quia nobilis es, ideo derides ignobiles et libertinos 15 ( $\Gamma'bfVc\xi$ )

3. § Auus ( $\nu$ )] Nec ideo, quod imperauit pater tuus et auus, irrides ignotos pauperes uel ignobiles ( $\Gamma'bfVc\xi$ )

5. § Nec ignoti tibi fastidia afferunt, quod uulgo sannam dicunt ( $\Gamma'bVc\xi$ )

20 § Suspendis ( $\nu bc\xi$ )] Spernis, subsannas, fastidis, idest non irrides. Nouimus enim, quod, qui irrident homines, sannas faciunt ( $\Gamma'bfVc\xi$ )

8. § Dum ingenuus ( $\nu c\xi$ )] Id est dummodo ingenuus sit; ingenuus ad probitatem morum pertinet ( $\Gamma'bVc\xi$ )

25 § Hoc tibi uere ( $\nu$ )] Recte hoc tibi persuades, o M<a>ecenas, quod ante imperium Tulli, qui unus ex septem regibus, seruili tamen genere, fuerunt alii multi ignobiles, sed uiri boni et uitiae optimae. Sensus hic

1 candorem  $\Gamma'Vc\xi$ ] benignitatem  $bf$  4 tyrsenorum  $\nu$ ]  
tirsenorum  $\gamma b$  tirrenorum  $r$  6 lydi  $r$  *Porph.*] lidi  $\gamma \nu bfVc\xi$   
possederunt  $bfc$ ] possiderunt  $\Gamma'V\xi$  8 extollit  $bf\xi$ ] extulit  
 $\Gamma'V$  extollit  $c$  13 nec ideo quia nemo est te generosior  $c\xi$   
ideo nemo te (ne mente  $\nu \nu V$ ) est generosior *cett.* 16 *hoc*  
*schol. cum antecedente iungunt c\xi* 18 ignoti  
 $bc\xi$ ] ignoto  $\Gamma'V$  ignito  $\nu$  21 *quod]* quia  $c\xi$  23 *idest]*  
*om. c\xi* 24 moris  $c$  amoris  $\xi$  morē  $V$  25 recte — uitiae  
*absciss. b* recte inquit  $c\xi$

est: recte hoc sentis: non nobilitatem magni pendis, sed uirtutem ( $\Gamma'bfVc\xi$ )

9. § Ante potestatem (c)] Sensus est: non solum Tullium, sed et alios multos ex ignobili genere claros fuisse ( $\Gamma'fVc\xi$ ) 5

\*Fuit autem Tullius Tarquinii Prisci Lucumonis seruus captiuus natus ( $\Gamma'fc\xi$ )

12. § Contra Leui. (v)] Iste Leuinus, qui originem ducebat a Valerio Publicola (*cons. Porph.*), qui pepulit de ciuitate Tarquinium cum Bruto, semper contemptus est a populo. Si ergo populus, qui ducitur nobilitate et diuitiis, s<a>pe ignauos, quamuis nobiles, spernit, quid nos oportet facere? ( $\Gamma'bfVc\xi$ ) 10

[A Valerio Bruto siue Lucio Flacco originem ducebat Leuinus (V)]

\*Vnde (c\xi)] A quo ut (*Verg. Aen. I 6*):

Genus unde Latinum ( $\Gamma'bc\xi$ )

14. § Licuisse ( $\nu c\xi$ )] A licitatione, idest ualuisse, aestimasse, quoniam omne, quod licet, ualet ( $\Gamma'bVc\xi$ )

§ Et *κατὰ νοινόν*: persuades hoc tibi recte ( $\Gamma'Vc\xi$ ) 20

§ Notante ( $\nu V$ )] Iudiçante, <a>estimante ( $\Gamma'Vc\xi$ )

17. § Quanto nos, inquit, minus ad honores possumus peruenire, qui uulgo ignoti sumus, si etiam nobiles notantur a populo? Melius est ergo tuo iudicio placere, quam populi ( $\Gamma'bfVc\xi$ ) 25

18. § Nos facere (v)] Nos qui sumus sapientiores populo, si populus recte iudicat, [populus] qui frequenter

6 lucumonis c] lucomonis  $\xi$  lucubonis  $\Gamma'f$  7 captiuua natus] om.  $c\xi$  qui addunt: de quo uirgilius: Ocia qui rumperet (rumpet *Verg.*) patriae residesque mouebis (mouebit *Verg.*) tullus in arma uiros = *Aen. VI* 813. 814 8 iste — publicola] Iste leuinū qui originem ducebat aualerio · bruto · sine lucio · flaco · t aualerio publicola  $f$ ; in b plurima aut abscisa sunt aut euanuerunt; habemus: siue lucio flacco///lerio publicola 12 et — facere] om.  $\xi$  et  $bfc$ ] om. cett. 14 siue lucio flacco K.] scio flacco *V* L. Valerium Flaccum a. 63 a. *Chr. praeturam gessisse constat* 27 populus ante qui *TV*, om.  $\nu bfc\xi$

errat, nos nonne debemus honorem merentibus quam nobilibus? ( $\Gamma'bfVc\xi$ )

**19.** § Nam esto (c)] Hoc quasi praecedente subiectione dicit, quasi aliquis dicat: magis debuit honorem accipere Leuinus, homo nobilissimus, quam nescio quis ignotus. Cui ita respondet: concedo, quod magis debuit populus mandare honorem Leuino nobili, quamuis ignauo, quam Decio ignobili, quamuis forti. Quare autem hoc concedo? Quia debet unusquisque contentus esse ordine suo. Et hic  $\beta\iota\omega\varphi\epsilon\lambda\omega\xi$  docet unumquemque debere sorte propria contentum esse ( $\Gamma'bfVc\xi$ )

**20.** Idest concedo, quod recte potuisset censor remouere me a senatu, cum non essem honesto patre natus ( $\Gamma'bfV$ )

**20. 21.** \*Censorque m. A. (c)] Hic est Appius, qui libertinos in urbanas tribus redegit ( $\Gamma'bc\xi$ )

**22.** § 'In propria pelle', in proprio ordine. Sumptum est autem ex proverbio; nam non quiescere pellibus suis dicimus eos, qui humiliore loco nati maiora desiderant ( $\Gamma'bfVc\xi$  sim. *Porph.*)

**23.** § Sed fulgente (c\xi)] Sed in fulgente curru gloria quae stat, illicit ad se tam ignobiles, quam nobiles. Et est alia subiectio: gloria, quae stat in curru fulgente, ita trahit homines, quasi ibi ligati sint ( $\Gamma'bVc\xi$ )

**25** Sed fulgente (v)] Sed dicet aliquis: gloria, quae in curru uehitur fulgente, non tantum nobiles ad se trahit, sed etiam ignobiles ( $\Gamma'bV$ )

\*Constrictos (vc\xi)] Cupiditate plenos uel impeditos ( $\Gamma'bc\xi$ )

1 nonne] non  $\gamma V$       6 respondit  $rf$  respondet cett.      9 ordine — esse] om.  $\xi$ , propter homoeoteleuton      10  $\beta\iota\omega\varphi\epsilon\lambda\omega\xi$ ] piophelos  $f$  // iophelos  $b$ , spatium relictum in  $c$       17 In propria pelle] exhib.  $bf$  m. pro  $c$  om. cett.      18 est autem] est  $c\xi$  autem est  $rb$       21 Sed] Aliter sed  $b$       24 sint  $rbc\xi$ ] sunt  $\gamma vV$       25 dicit  $\gamma$       28 uel imped:] om.  $b$  ipeditos  $\gamma$

**24.** § Quo tibi Tilli (*νcξ*)] Iste Tillius senator fuit ante et remotus est a senatu per Caesarem quasi Pompeianus. Occiso Caesare recepit [senatoriam] suam dignitatem, fuit autem ignobilis (*Γ'bfVcξ cons. Porph.*)

Tibi autem tribuno dixit, quia recepto ordine senatorio factus est tribunus militum (*Γ'bfVcξ*)

**25.** Fierique tribuno (*ν*)] Figurate per datuum (*ut Porph.*), ut supra (s. I 4, 39):

Dederim quibus esse poetis (*Γ'fV*)

**27.** § Nam ut quisque insanus (*νc*)] Ignobilis et 10 cupiens senatoriae dignitatis (*Γ'bVc sim. ξ*)

§ Nouus senator, qui cupit rem incommodam, unde pateretur inuidiam et exponeretur maledictis materia lacerandi; et hic notat eos, qui uolunt appetere honores, quos non habuerunt sui maiores (*Γ'bfVcξ*)

§ Impediet (*ν*)] Ligauerit (*Γ'bVcξ*)

§ Impediit (*ξ*)] Circumdedit medium crus: ideo dixit, quia altiores sunt calcei senatorum (*Γ'bVcξ*)

**28.** < Pellibus >] Calciamentis, zangis (*Γ'bV*)

\*Ocreis (*f*)

\*Dimisit (*leg. demisit*) pectore (*cξ*)] Media parte corporis (*Γ'cξ*)

**29.** \*Quis homo <hic> (*ν*)] Aut inquirentium est aut exprobrantium hic sermo (*Γ'bcξ*)

**30.** § Vt si qui <a>egrotet (*νcξ*)] Aegrotare morbo 25 dicuntur hii, qui habent aliquam cupiditatem, quia omnis cupiditas aegritudo est (*Γ'bfVcξ*)

Barrus iste cupiebat se uideri formosum. Significat autem quandam adulterum in stupro Aemiliae uirginis Vestalis ante damnatum (*Γ'bfV ex Porph.*)

1 tulli ν t. c tulle ξ tullius νc tullus ξ 3 suam] senatoriam c senatorem suam ξ dignitatem suam r  
 9 poetis γf] potis ν poetas rV 13 inuidiam — lacerandi]  
*om. cξ* 18 calcei bν] calces ΓVcξ 19 calciamentis]  
*om. γ* zangis] om.V 25 si quis cξ 26 hii,V] hi cett.  
 28 uarrus ν se uideri formosum γbf se uideri V se formosum  
 uideri r formosus uideri ν 30 damnatum γb] dampnatum cett.

31. § Et cupiat f. (ν)] Quemadmodum, si quis habet studium moechandi et uoluerit uideri formosus, init puellis curam interrogandi, quali iuuenis facie sit, quali dente, quali capillo: ita et is, qui promittit se curaturum 5 de re publica, facit homines quāerere de parentibus suis (*Γ' bf Vcξ*)

34. Sic qui promittit (ν)] Idest qui accipit senatoriam dignitatem. Nam qui accepit dignitatem senatoriam, uidetur sibi promittere curae esse patriam (*Γ' bV*  
10 10 § Sic qui promittit (c)] Ordo: nam siqui promittit ciuis et urbem et cetera sibi curae, cogit omnes mortales de se curare et eius natalibus, sicut insanus habitu nouo, et qui uult uideri pulcher (*Γ' bf Vcξ*)

38. Tune, Syri, Dammāe (ν)] Tu, o nescio qui 15 ignote, curam uelis habere rei publicae? (*Γ' bf LV, aliter cξ*)  
§ *Syri Dammae aut Dionysi*] Ignobilium quorundam de Syria.

Damma nomine ignobilis.

Et quasi unus e populo uerba ad eum faciat, qui 20 ex genere humili ad honores imperiumque peruererit (*Γ' bf LVcξ*)

38. 39. § Audes d. (ν)] Sensus: tu qui [de] libertinis es parentibus, audes tribunatum administrare? (*Γ' bL Vcξ*)

25 Tribuni enim dampnatos capite saxo Capitolino prae-  
cipitabant (*Γ' bf LV ex Porph.*)

\*Damma quidam abiectus negotiator fuit (*Γ' bf*)

39. § Cadmo (ν)] Cadmus fuit carnifex (*item Porph.*) notae crudelitatis; damnati autem de Tarpeio

2 formosus uideri ν 3 quali iuuenis cξ] quam iuuenis r  
qualis iuu: cett. 8 *<senato>*riam b, cett. om. 11 ciuis  
νf V] ciues Γcξ, abscis. b et cetera ΓV] [cetera b et ess& ν  
esse cξ om.f 19 faciat] facit νcξ 22 de ΓL om. νbf Vcξ  
libertinus cξ 25 dān: bL] dapnatos V dampnatos cett.  
29 cr<ud: — saxo> monte b damnati rνLc] dampnati γf V  
dannati ξ, defic. b

saxo praecipitabantur [a tribunis, unde etiam Iugurtha traditur deiectus] ( $\Gamma' b f L V c \xi$ )

**40.** At Nouius ( $\nu$ )] Subiectio, idest quare non appetam senatoriam dignitatem, cum habeam collegam in ordine equestri libertum? ( $\Gamma' b f V$ ) 5

\*Quasi respondentis uerba ( $\Gamma' b f c \xi$  gloss. *V*)

\*Est autem ypophora ex persona filii Dammae ( $\Gamma' b f g l. V$ )

Gradu p. m. ( $\nu$ )] XIIIII ordinibus, quod fuerat <equestris> dignitatis ( $\Gamma' b V$  cons. *Porph.*)

**41.** § Namque i. (c)] Id est eques Romanus siue liber, 10 ad personam suam poeta ( $\Gamma' f V c \xi$ )

\*Ideo, hac ratione. Rursum interrogantis modo Horatius ( $\Gamma' b f c \xi$ )

**41. 42.** § Hoc tibi ( $\nu c \xi$ )] Paulus et Messala optimi fuerunt illius temporis aduocati, et Nouius, quamuis gar- 15 rulus, uocis tamen gratia p(a)e exertius agere uidebatur (*ex Porph.*). Sensus ergo hic est: ideo tu uideris tibi Paulus et Messala esse, quia Nouium uno gradu praecedis? Aliis placet Nouium paeconem fuisse et uocis merito patrimonium adquisisse, ut sit sensus: hoc tibi 20 ergo uideris Messala et Paulus, quia paeconem praecedis? ( $\Gamma' b L V c \xi$ )

**43.** § Magna so. (c)] Aut magna cornua aut magna funera, aut magna sonabit pro ualde sonabit, ut Virgilius

1 saxo  $\Gamma'$  *Porph.*] saxo monte  $V$  monte  $b f c \xi$ ; ceterum in  $b$  ea uox quae ante monte erat excisa est; in  $\gamma v L$  haec leguntur: Cadmus fuit carnifex notae (note  $\nu$ ) crudelitatis . damnati (dampnati  $\gamma$ ) autem de tarpeio saxo precipitabantur (pc:  $\nu L$ ). Aliter (om.  $\gamma L$ ) damnati (dampnati  $\gamma$ ) autem a tribunis de tarpeio monte precipitabantur (prec:  $\nu$ ) . unde etiam iugurtha (iugurta  $\nu L$ ) traditur deiectus  $\gamma v L$  a — deiectus] om.  $c \xi$  a tribunis om.  $V$  3 subiectio — habeam] om.  $V$  6 uerba sunt  $c \xi$  7 filii damae] damne  $V$  syri  $b$  siri  $f$  8 fuerat] erat  $b$  11 poeta] rettulit poeta edit. 16 pene (poene) codd. Paulo edit., paulo editores *Porphyronios* exertius  $\gamma v$  *Porph.*] exercitus  $L$  ex // ius  $b$  exercitus  $r V c \xi$  21 et] aut  $\nu L V$  23 cornua — magna] om.  $c \xi$  24 pro ualde sonabit] pro magne  $f c \xi$ , om.  $r$  defic.  $b$

(*Aen.* VIII 489):

Infanda furentem ( $\Gamma'bfVc\xi$

**44.** § Saltem teñ ( $\nu$ )] Hoc solum est, inquit Horatius, quod indignationem nostram cohibet, Nouium in 5 equestri ordine sedere, quod aduocatus est et uocis magnae; aut ipse Nouius ait clara uoce: saltem hoc stamus, qui, licet aduocati, tamen in XIII ordinibus sumus ( $\Gamma'bfVc\xi$

§ Vel propter hoc nos delectet, quod est orator ( $\Gamma'bVc\xi$

10 **46.** \*Rodunt ( $c\xi$ )] Lacerant, malo eloquio mordent ( $\Gamma b c\xi$

**47.** \*Conuictor ( $c\xi$ )] Pro eo, quod est conuia ( $\Gamma b c\xi$  cons.  $\nu FD$

**47. 48.** § At olim quod ( $c$ )] Sensus in his uersibus 15 satis obscurus, uerum ratione hac potest fieri manifestus: forsitan tribunatus mihi inuidiam parere debuerit, quoniam fortunae bona merentur inuidiam, quia casu quodam etiam indigni perueniunt ad honores. Virtus uero carere debet inuidia; uerae enim uirtutis est et certi meriti 20 M⟨a⟩scenatis iudicio comprobari ( $\Gamma'fVc\xi$

**49.** Dissimile hoc illi est ( $\nu$ )] Honor forsitan non conuenit libertini filio, amicitia magni uiri quare non conuenit docto? ( $\Gamma'bfV$

§ Quia non ut f. h. ( $c$ )] Id est non ita iure mihi 25 inuident, quod sum tuus amicus et conuia, quemadmodum iure fortasse inuident, quod fui tribunus. Nam ad amicitiam tuam non felicitate, sed merito perueni. Felicitati autem inuidendum est, non merito ( $\Gamma'bfVc\xi$

7 aduocati] aduocati nomen habeat  $c\xi$       tamen — su-  
mus] tamen in XIII<sup>o</sup> gradu locatus est *c om.ξ*      8 uel] idest *c*  
adest  $\xi$ ; in  $c\xi$  hoc schol. in principio antecedentis positum est  
10 malo eloquio] maliloquio  $c\xi$       mordent] *om. c\xi*      12 pro  
eo quod est] *om. νFD*      14 sensus est  $c\xi$       16 parere  
 $r\bar{f}v\bar{V}\xi$ ] parare  $\gamma c$ ; inuidiam parere Ciceroniana locutio est  
24 idest] *om. c\xi*      iure] uere † iure  $V$

51. § Pr<ā>esertim ( $\nu b V \xi$ )] Cum sis cautus et peritus ad amicos eligendos ( $\Gamma' b f V c \xi$ )

§ Dignos a. p. ( $c \xi$ )] Id est dignos amicos, qui sunt longe a praua ambitione ( $\Gamma' b V c \xi$ )

52. 53. § Casu quod t. ( $\nu$ )] Id est neque casu aliquo, 5 nec beneficio fortunae factus sum tibi amicus, sed beneficio meo ( $\Gamma' b f V c \xi$ )

56. § Singultim p. ( $\nu$ )] Cum interuallo uerecunde interruptis uerbis, impediente uerecundia ( $\Gamma' b f V c \xi$ )

57. \*Infans n. p. ( $\nu$ )] Qui fari non possit ( $\Gamma' b$  10 cf. *Porph.*)

\*Quoniam qui pudorem habet, non multum loquitur, ut infans ( $\Gamma' b c \xi$ )

58. § Non ego circum ( $c$ )] Ordo: non ego narro me circum rura uestari caballo Satureiano, id est Tarentino, quia Satureia dicta est Tarentina ciuitas ( $\Gamma' b f V c \xi$ ) 15

§ Satureiani fundi in Apulia fertiles et equorum nobilium genitores ( $\Gamma' b f V c \xi$  cf. *Porph.*)

61. § Et reuocas ( $\nu$ ) nono post mense ( $c$ )] Vt (*Verg. ecl. 1, 29*): 20

Longo post tempore uenit.

Vt appareat diu exploratum ad amicitiam admissum displicere non posse ( $\Gamma' b V c \xi$ )

62. § Magnum hoc ego duco ( $\nu \xi$ )] Id est gratum mihi erat, quod placui tibi non propter nobilitatem parentum, sed propter meritum conuersationis meae ( $\Gamma' b f V c \xi$ ) 25

64. Sed uita et pect. ( $\nu$ )] Quia dixerat: non patre praeclaro, ideo haec subiecit, quae amplius in se continent, quam 'pater praeclarus' ( $\Gamma' b f V$ )

3 id est] om.  $c \xi$ , defic.  $\nu$  9 impediente  $\gamma b V$ ] imp:  $r f v c \xi$  15 id est — ciuitas] om.  $c \xi$  19 ut — uenit  $\gamma b c \xi$ ] om.  $r \nu V$ ; exciderunt fort. uerba longo — ut propter homoeoteleuton 24 duco om.  $\nu$  27 quia] qua V

**65.** § Yperbaton tale: atqui si uitiis careo et probatae sum uitiae, his bonis causa pater est (*I'bfVc\xi*)

Hoc est: si nobilitas non est, uel haec paterna sunt (*I'bfV*)

5      § Atqui si u. (c)] Ordo: etsi mediocribus et paucis uitiis reprehendenda est uita mea, attamen in quibusdam est laudanda (*I'bfVc\xi*)

**67.** § Egregio (v)] Comparat uitam suam formoso uultui asperso neuis (*I'bVc\xi*)

10     **68.** § At mala l. (c)] Lustra ferarum cubilia sunt, et quoniam meretrices lupae dicuntur, bene hoc nomine lukanaria appellauit. Et quare mala? Ad differentiam illorum, ubi praeda uidetur inclusa. Lustra non solum ferarum cubilia dicuntur, sed et popinae (*cons. Porph.*), 15 in quibus scorta et inlecebrae libidinum (*I'bVc\xi*)

**69. 70.** § Purus et i. u.] Ordo: si neque auaritiam in me reprehendis neque tabernas et amicis meis carus sum, insons sum et innocens, ut me laudem (*I'bfVc\xi*)

20     **71.** § Causa f. p. (vc\xi)] Harum rerum, harum uirtutum pater causa fuit, ut sim innocens et amicis carus (*I'bfVc\xi*)

§ Hoc est: quem alii pro ignobili obiciunt, ille haec contulit (*I'bVc\xi*)

25     <Macro> pauper a. (v)] ‘Quamuis’ deest, ut sit: quamuis macro, idest sterili; siue angusto corpore stultum notat (*I'bV*)

**72.** § Noluit i. <F. l.> (c)] Flauius quidam [siue Flauus] fuit illis temporibus cauculator (*I'fVc\xi*)

30     **74.** \*Suspensi l. (v)] ‘Τηλλαγή: non ipsi suspensi, sed suspensos loculos habentes (*I'bfc\xi*)

1 atqui — est om. *\xi* per neglegentiam      9 neuis *I'bc\xi*  
 om. *V*      10 at etiam *\xi*      14 et] etiam *c\xi*      15 scorta  
 sunt *c\xi* sunt scorta *b*      inlecebre *V*, euauit *b*, illecebrae *I*  
 illecebre *v* illecebra *c\xi*      19 harum uirtutum harum rerum *V*  
 27 siue flauus om. *c\xi*      28 illius temporis *r*      cauculator  
 γνVf uar.] calculator *rbc\xi*      29 ὑπαλλαγῆ] lacuna in *c\xi*  
 γπαλλαγῆ ν ypallage cett.

§ Tabulam (*vc\xi*)] Buxum, in quo meditantur scribere  
(*I' Vc\xi*)

75. \*Octonos r. I. e. (*c*)] Nummos pro mercedibus,  
octonos asses aeris (*I' bc\xi*)

77. \*Artes quas doceat (*c*)] Doceri faciat, ut (*Verg.* 5  
*Aen.* VII 283):

Nothos furata creauit,

idest curauit creandos (*I' bc\xi*)

79. § Siqui uidisset (*v*)] Id est ita me honeste  
tractauit, ut, si quis me uidisset, putaret me a maioribus 10  
meis esse nobilem atque diuitem (*I' b Vc\xi*)

81. § Incorruptissimus (*vc*)] Ad comparationem  
aliorum, qui interdum, ut luxurientur scolastici, donis  
solent suos corrumpere pedagogos (*I' f Vc\xi*)

85. § Nec timuit (*c*)] Nec timuit, inquit, ne sibi pro 15  
uitio quis obiceret, si me ita instituisset, ut essem praeco  
aut coactor, quod ipse fuit, quia potuit non praestare  
sine reprehensione <liberalia studia> *I' Vc\xi*

86. § Praecones dicebantur, qui stabant ad hastam  
et nuntiabant pretia allata; coactores autem mercennarii 20  
eorum, qui habebant argentarium. Sunt autem argen-  
tarii, qui habent summam rerum uenalium (*I' f Vc\xi*)

§ Argentarium dicimus eum, qui habet summam oli-  
uarum, a quo accipiunt forani, coactorem, qui exigit num-  
mos a circumforanis. Aliter: coactores dicuntur argen- 25  
tarii in auctionibus qui pecunias cogant; ipsi sunt col-  
lectarii (*I' Vc\xi*)

3 octonis c cons. <i>\xi</i>	4 octonos <i>\gamma\nu b</i> ] octonas <i>rc\xi</i>	5 doceri <i>rc\xi</i> docere <i>\gamma b</i>
7 nothos <i>c\xi</i> ]	natos <i>\gamma b</i> notos <i>cett.</i>	9 idest
<i>\Gamma</i> ] Id <i>V</i> idem <i>b om. vc\xi</i>	12 80—128: <i>FOLIVM VNVM DEEST</i> in <i>b</i>	<i>\Gamma' V</i> 17 quia —
15 Nec — obiceret] <i>om. \Gamma' V</i>	<i>studia</i> ] <i>om. c\xi</i>	<i>suppl. K. ex P.</i> , <i>st. Vind.</i> 1901 <i>p. 110 sq.</i>
18 s: r: <i>\Gamma'</i> ] aut coactorem <i>V</i>	20 allata] ablata <i>c\xi</i> oblata <i>edit.</i>	
mercenn: <i>\Gamma' \xi</i> ] mercennarii <i>f Vc</i>	21 argentariam <i>edit.</i> , <i>fort.</i>	
recte 23 oliuarum] diuinarum <i>c\xi</i>	26 qui in auctionibus <i>r</i>	

87. § Ad hoc nunc (*c*)] Alii 'ad haec' legunt, ut sit ad haec, quae praestitit; alii 'ad hoc' (*num leg. at hoc?*) scilicet quod praestitit (*Γ' Vcξ*)

89. § Nil me p. (*v*)] Id est non me poenitet, quia 5 patrem habui operarium et libertum, quia uir bonus fuit (*Γ' f Vcξ*)

§ Nil me p. (*c*)] Non me poenitet huiusmodi patris, et ideo non me defendam eo modo, quo solent homines sese defendere, quibus obicitur ignobilitas, qui dicunt non 10 dolo suo neque uoluntate factum esse, ut ab istiusmodi parentibus nascerentur (*Γ' f Vcξ*)

93. § Nam si n. (*vc*)] Quodsi natura faceret aliquem a certo anno repetere uitam suam post mortem, et fieret illi potestas eligendi a fatis, quos uellet, parentes, 15 contentus essem parentibus meis (*Γ' f Vcξ*)

95. § Ad fastum (*vcξ*)] Ad superbiam, ad nobilitatem, an ad eligendi fastidium, quod ex copia nascitur? (*Γ' f Vcξ*)

\**<Parentes>*] 'Parentum' inuenio (*Γ*)

20 98. \*Iudicio tuo (*v*)] Mire hoc, quia ipse eques permansit, contempto senatorio ordine (*Γ' fcξ*)

99. Molestum (*v*)] Quia reuera molestiam habent, qui a nobilibus nascuntur (*Γ' f V*)

100. § Maior *quā* erend. (*v*)] Id est si adeptus 25 fuisse maiorem dignitatem, multa mihi essent necessaria (*Γ' f Vcξ*)

104. § Petorrita (*vc*)] Genus uehiculi (*Porph.*); alii carpenta intellegunt, nonnulli (*cf. Porph.*) carrucas (*Γ' Vcξ*)

106. \*Mantica (*v*)] Pera (*item Porph.*) uel auerta, 30 sed magis onus intellegendum. Alii inuolucrum. Vel pera, quam dicunt bistaciam (*Γ'*)

3 quod — 4 poenitet] ne me poeniteat ξ ne me peni-  
teret c 4 id est *om. f* (poenitet γ) quia] qui ξ  
5 libertum] libertinum ξ 7 (poenitet γ) 17 ad eligen-  
dum cξ 20 hoc] hoc dixit cξ eques ΓfV] equos ν  
equester cξ 30 uel ν] *om. Γ* 31 bistaciam r] bistatiam γν

§ Mantica c. l. (c)] Quia pauperes, cum insident iumentis, post se sarcinas habent ( $\Gamma'(\gamma f\nu)Vc\xi$ )

107. Obiciet n. s. (ν)] Illis enim obicitur ignobilitas, qui ex infimis orti se nobilissimos esse contendunt ( $\Gamma'fV$ )

\*Sordes (cξ)] Ignobilitatem ( $\Gamma fc\xi$ )

\*Tilli (ν)] De quo superius dixerat (u. 24. 25):

Quo tibi, Tilli,  
Sumere depositum clauum? ( $\Gamma'c\xi$ )

109. \*Lasanum ( $\nu c\xi$ )] Vas, in quo exoneratur uenter, idest quo uentrem purgamus, inuentum ad exquisita naturae ( $\Gamma'c\xi$ )

110. § Hoc ego ( $\nu c$ )] Id est hac re, quod non multi mihi sunt necessarii uel caballi uel calones uel comites, et multis aliis rebus commodius uiuo ( $\Gamma'fVc\xi$ )

111. Milibus atque aliis (ν)] Id est si milia sunt senatorum, commodius me fateor uictitare; nam a milio, ut quidam putant, falsum est; nam numeri tantum singularis est milium ( $\Gamma'fV$ )

\*Libido (cξ)] Voluntas (cξ)

113. § Fallacem forum dixit Suburam maiorem, in qua uespere furtiuae res semper uenundabantur (*cons. Porph.*, sed *uocem 'maiores' non exhibet*), et notandum, quia fallacem forum dixit ( $\Gamma' Vc\xi$ )

§ 'Circum' multi nomen uolunt, nonnulli (*ut antecedentis scholii auctor*) praepositionem; nam si nomen sit, eum locum Circi uidetur significare, in quo furtiuae res distrahuntur. An fallacem Circum propter Circenses incerti euentus, aut propter samardacum, qui circa metas

2 sese γ 9 s: d: c:] om.  $\Gamma'$  summe cξ 11 exqu:] requisita Pauly 13 id est — necessarii] in hoc quod multa (multa quod ξ) mihi non sunt necessaria cξ 17 nam (a milio) f] non  $\Gamma'V$  20 uoluptas ξ 21 forum  $\Gamma'Ve\xi$  Porph.] Circum temere Hauthal 22 uenūdantur (uenund: c) cξ cons. Porph. 28 an  $\Gamma'Ve\xi$ ] aut ν

solebat inducere? Illic enim et mathematici olim steterant <et> inperiti ( $\Gamma' f V c \xi$ )

Vespertinum forum dicitur, quod est regionum singularum proprium, ad quam meridianis horis usque ad 5 uesperam regionantes uiciniores procedunt, ut sit pros antidiastolen ad matutina illa fora maiora et magis communia ( $\Gamma' f V$ )

**114.** \*Diuinis ( $v$ )] Aut sortilegis (*cons. Porph.*) aut samardicis ( $\Gamma' c \xi$ )

10 **115.** § Laganique catinum ( $c$ )] Lagana sunt de silagine quaedam factae, quasi membranae compositae, quas cum piperi et liquamine cocunt et sic comedunt ( $\Gamma' f V c \xi$ )

Catinum ( $v$ )] Ad prandium uile siue moderatum 15 ( $\Gamma' f V$ )

**116.** \*Lapis albus ( $vc$ )] Mensa marmorea, quam uocant Delphicam ( $\Gamma' c \xi$  *cons. Porph.*)

**117.** Echinus ( $vc$ )] Vas in modum echini marini; alii lignum cum uncinis, in quo suspenduntur calices; alii 20 dicunt uas, ubi lauantur calices; alii (*ut Porph.*) ampullam uitream ( $\Gamma' f V$ )

§ Astat echinus ( $c \xi$ )] Echinum dixit uas aeneum, in quo calices lauantur, quod modo triscele appellamus ( $\Gamma' f V c \xi$ )

25 **118.** \*Gutus ( $v \xi$ )] Scilicet gutus unguenti ( $\Gamma' c \xi$ )

1 et *om. c \xi*      2 inperiti  $\gamma$ ] imp:  $r v$  *om. f V c \xi em. K.*  
 3 uespertinum — communia] *om. c \xi et edit. uet., del. Pauly;*  
*eadem ut ineptissima respuntur a Jordan, Topogr. der Stadt*  
*Rom II 215 sq.*      *quod  $\Gamma'$ ] quia *f om. V* singularium *r,**

*singularum cett.*      *4 quam  $\Gamma' f V$ ] quod edit.*      *9 samardicis*  
*r v c]* samardacis  $\gamma$  smardicis  $\xi$       *10 lagana  $\Gamma' f c \xi$ ] lagane *V**

*11 quaedam  $\gamma f V$ ] quidam  $v$  quadam  $r c \xi$*       *12 pipere  $\gamma f V$*   
*cocunt *r*] coquet  $\xi$  coquunt cett.*      *17 delph:  $r c \xi$ ] delficam  $\gamma v$*

*19 alii dicunt — uitream]* *om. r*      *22 astat ech:  $c \xi$ ] aliter*

*cett.*      *23 app:] appellamus, alii ampullam uitream dicunt  $c \xi$*   
*25 guttus *c in lemm.**      *gutus]* genus  $c \xi$

§ Campana supell. (v)] Fictilis uel uiminea uel (*ut Porph.*) aenea, quia in Campania dicebantur aeneae res optime fabricari (*Γ' f Vcξ*)

**120.** § Obeundus Marsia (*cξ*)] Statua in Rostris erat, ad quam solebant conuenire illi, qui inter se lites atque 5 negotia componebant; nam ex statua locus nomen accep- perat (*Γ' f Vcξ*)

Marsia dicitur locus in Rostris, in quo solebant esse accusatores, quia ibi antea causae agebantur (*Γ' f V*)

**121.** Idest minimi fratris Nouiorum, cuiusdam fene- 10 ratoris et litigatoris (*ΓfV*)

§ Nou*<i>*orum p. m. (v)] Fratres Nouii, quorum minor ad locum, qui appellatur 'ad Marsyam', consueuerat obsonari (*Γ' f Vcξ*)

§ Hii autem Nouii fuerunt acerrimi feneratores, et 15 iocatur de hac re Horatius. Ideo ait: puto Marsyam erectam unam manum habere, quoniam illorum feneratorum inpudentiam non potest sustinere; deinde quod ad statuam Marsyae uadimonium statuebatur (*Γ' f Vcξ*)  
cons. *Porph.*

20

**122.** \**(Lecto)*] Pro 'lectito' (*Γ*)

**123.** \**(Scripto)*] Pro 'scriptito' (*Γ*)

**124.** \**Fraudatis (c)*] Expilatis, euacuatis (*Γcξ*)

**125.** \**Sol acrior (cξ)*] Calidior hora quinta (*Γcξ*)

**126.** \**Rabiosi t. s. (c)*] Aestuosi; dicit autem dies 25 Caniculares (*Γ cons. cξ ex Porph.*)

**127.** § Pransus non auide (*vc*)] [Idest] aestus causa tantum pransus, quantum me separat a ieunio, quantum potest diem durare, hoc est: non multum pransus (*Γ' f Vcξ*)  
cf. *Porph.*

30

4 erat *om. cξ* 10 fen: *γfV*] foen: *r* 13 appellabatur *cξ*  
ad marsyam] marsia *cξ* ad marsiam (*martam V*) cett. 15 hii  
*rfV*] hi *γvcξ* fen: *γvVc*] foen: *rf* senatores *ξ* 16 mar-  
syam *hic v*] marsuam *rV* marsiam *γfcξ* 17 fener: *Γcξ*]  
foener: *rf* uener: *V* 18 inpudentiam *γfV*] impud: *rvcξ*  
19 marsye *V* marsie *Γ'fcξ* 27 idest] *om. cξ* 28 separat]  
separe *c* separaret *ξ* ieunio *cξ* 29 potest *Vcξ*] potes cett.

128. \*Otier ( $\gamma\nu c$ ) [Idest] in domo otiosus ago, fictum uerbum ( $\Gamma'b$  cons.  $c\xi$  et Porph.

129. \*Misera ambitione ( $\nu c$ ) Quia omnis cupiditas praua miseros facit ( $\Gamma'b c\xi$

5 \*⟨Grauique⟩] Quia grauiter afficit ( $\Gamma c\xi$ )

## SERM. 7

1. § Proscripti Regis Rupili ( $\nu c$ ) Rex Rupilius Praenestinus fuit. Iste post exilium praetor cum a triumviris condemnatus esset, confugit ad Brutum et comes 10 habitus est, ibique Horatium iurgio laccessiuit, ob quod amaritudinem stili sui in eum constrinxit. Proscriptus autem fuerat ab Augusto propter Brutum ( $\Gamma'b f V c\xi$  ex Porph.

§ [Aliter] Publius Rupilius, cognomine Rex, Praenestinus, post exilium [belli ciuilis] commilito fuit Horatii in castris Bruti. Hic ⟨a⟩egre ferens, quod Horatius tribunus esset, s⟨a⟩epe illi ignobilitatem generis obiciebat. Idcirco hunc ex aliena persona lacerat ( $\Gamma'b f V c\xi$ )

Hic Rupilius Rex proscriptus fuerat a duumuiris, 20 quoniam secutus fuerat partes Bruti et Cassii contra Augustum ( $\Gamma'b f V$ )

Rupili et Persi mores carpit occulte. Fuit enim illi et hic infestus commilito quondam ( $\Gamma f V$ )

§ Item: describit Rupili Regis cuiusdam mores, qui 25 aliquando in Horatium ioculariter dixit, et Hybridae

1 idest] *om. c\xi*      7 rupuli *v*      9 condemnatus *c\xi*  
 comes] eius socius *c\xi*      10 factus *b* habitus *cett.*      14 aliter *v f*  
 item *r om. \gamma Vc*      15 exilium  $\Gamma' f V c\xi$  *Porph.*; *b* parum liquet;  
*Hauthal exitum; equidem delere mallem belli ciuilis, nam non*  
*sunt apud Porph.*      18 nunc eum *c\xi* *hunc cett.*      aliena]  
*om. c\xi*      19 rupilius — augustum] *euanuit b*      20 fuerat —  
*augustum] om. V*      24 mores *v*] *om. \Gamma V* *objectionem bf*  
*iurgium c\xi*

Persii. Hybridae autem dicuntur proprie canes, qui nascuntur ex uenatico cane et gregario. Ideo et Hybrida dicebatur Persius, qui de matre Graeca natus fuerat et patre Romano ( $\Gamma'bfVc\xi$  ex *Porph.*)

\*Pus atque u. (c)] Malignitatem atque liuorem ( $\Gamma c\xi$  5

2. § Hybrida dicitur, qui habet Graecum patrem et matrem Italam; aut per contrarium Hybridam dicunt appellari, qui mixto genere sermonis loquatur Graece Latineque ( $\Gamma'fVc\xi$ )

§ Hybrida Persius ex diuersis parentibus natus ( $\Gamma'bfVc\xi$  10

§ Hybrida idest mixti generis hic Persius: nam Clazomenius fuit (*item Porph.*) patre Asiatico, matre Romana. Tractum est ab aquila, quae ex aquila et uulture nascitur. Translatue ergo Horatius lacerauit Persium quasi semiromanum ( $\Gamma'fVc\xi$ ) 15

3. \*Lippis (c)] Otiosis sedentibus apud medicum ( $\Gamma c\xi$

§ Tonsoribus (V)] Etiam tonsores, qui solent artis studio, et lippi, qui solent oculorum cura alieni esse a negotiis, sciunt, quomodo Hybrida Persius persecutus est 20 malitiam Rupilii Regis ( $\Gamma fVc\xi$ )

4. \*Negotia (v)] Negotiator erat ( $\Gamma b$ )

5. \*Clazomenis (c\xi)] Apud Clazomenas, ciuitatem Asiae; et est aduerbum loci ( $\Gamma c\xi$ )

6—8. § Allusit; etenim reges inuisissimi erant et 25 nomen eorum propter memoriam Tarquinii execrabile; hunc quoque odiosum dixit ( $\Gamma bfVc\xi$ )

Confidens autem, inprobus; Terentius (*Phorm.* I 2, 73):

Homo confidens, qui illum dii omnes perduint

( $\Gamma fV$

30

11 hybrida — persius] *om. c\xi* 13 uulture *edit.*] uulpe  
 codd. 16 apud medicum  $\Gamma$ ] *om. c\xi* 18 artis studio] tartis  
 studio V tardi esse studio  $c\xi$  21 rupili  $b$ ] rupili  $f$  persi  $\Gamma V$   
 publpii  $c\xi$  24 est  $\Gamma$ ] erit  $c\xi$  26 execrabile  $rfc\xi$ ] exse-  
 crabile  $\gamma b V$  28 autem  $\gamma V$ ] *om. rf* inprobus  $\gamma V$ ] impr:  $rf$   
 29 perduint  $r$ ] perdnnt (*sic*)  $V$  perdunt  $\gamma f$

§ ‘Odio’ molestia, ut Terentius (*hec. I 2, 59*):

Cum istoc odio, Laches (*Γ' V cξ*

Qui posset horrore plus quam Rupilius esse (*Γ' V*

8. § Sisennas (*c*)] Sisenna fuit illis temporibus ma-  
5 ledicus et mordax (*Γ' b f V cξ*

§ *(Barros)*] Barri enim dicuntur maledici (*Γ' f V cξ*

§ Id est adeo sermonis fuit maledici, ut Sisennas et  
Barros uideretur uincere et de his triumphare, qui et ipsi  
maledici fuerunt (*Γ' f V cξ*

10 § Id est erat adeo odiosus, ut de nobilissimis detrac-  
toribus triumphum ageret Persius Clazomenius (*Γ' b f V cξ*

§ Vt equis (*equus V*) praecurreret albis (*b f V*)] Alle-  
goricos, ut eum facile superaret, quia equi albi dicuntur  
esse nobiliores, sicuti laudat Virgilius (*Aen. XII 84*):

15 Qui candore niues anteirent, cursibus amnes

(*Γ' b f V cξ*

9. \*Postquam nihil inter utrumque (*cξ*)] Id est post-  
quam capitales inimici et inexpiables facti sunt (*Γ' cξ*

10. \*Conuenit (*cξ*)] Transactum est (*Γ' cξ*

20 § Iure molesti (*v*)] Sensus: ita enim inter se mali  
homines decertant et nesciunt cedere, ut uiri fortes in  
bello (*ex Porph.*). Aliter: hoc sunt modo omnes molesti,  
quo hii, qui bellum contra se habent aequale, qui usque  
adeo dimicant uterque, donec uno superato alter uictor  
25 abscedat (*Γ' b f V cξ*

2 istoc γfc] isthoc r ist hoc V istac ξ 6 baros ξ in  
lemm., u. c bari cξ enim] quoque f 7 et] om. cξ  
8 uarros ΓV cons. Porph.] barbaros f baros cξ triumphare]  
triumpharet cξ qui — triumphum ageret] omisit ξ propter  
homoeoteleuton 11 triumphum ageret] triumpharet c.  
14 sicuti — uirg:] om. r sicuti γbfV] sicut v cξ laudat]  
dicit cξ 15 qui — amnes cξ] om. cett. amnes cξ] auras  
Verg. 17 id est] om. cξ 23 hii bf] hic V hi Γ' cξ et  
(om. ξ) quare quod cξ aequale (equ:) qui cett.

**11—21.** Ordo est iste: postquam non potuerunt finiri causae eorum, in ius acres procedunt ( $\Gamma'bfV$ )

**17. § Glauco (ν)]** Glaucus enim confessus se uictum munus Diomedi misit arma sua aurea, et Diomedis aerea accepit. Aliter: Diomedes et Glaucus inimici fuerunt: 5 Diomedes fortis, Glaucus ignauus et munera Diomedi misit, ut ab armis discederet ( $\Gamma'bfVc\xi$ )

**19. \*Par pugnā. (ν)]** Metaphora a gladiatoribus; satis amare quasi de gladiatoribus ( $\Gamma'bf\epsilon\xi$ )

**20. § Cum Bit<h>o B. (c)]** Bithus et Bacchius 10 gladiatorum nomina celebrata apud Suetonium Tranquillum (p. 280 Roth. p. 325 Reiff.), sub Augusto tamen ( $\Gamma'fVc\xi$ )

§ Idest melius pugnat in lite Rupilius et Persius, quam memorati gladiatores in pugna ( $\Gamma'bfVc\xi$ ) 15

**21. Spectaculum (ν)]** Mire in metaphora, hoc est in translatione, perdurauit ( $\Gamma'V$ )

**23. § Laudat Brutum (ν)]** Rupilius Rex comes fuit Brutii. Solem ergo dicebat Brutum et comites eius alios stellas salubres, Rupilium uero Canicularem stellam, hoc 20 est Sirium ( $\Gamma'bfVc\xi$ )

\*Cohortem (c\xi)] Comitum cohortem, non militum ( $\Gamma b c \xi$  cons. Porph.)

**24. \*Solem A. B. (c)]** Virgilianum illud (*Aen.* II 281): 25

O lux Dardaniae ( $\Gamma b c \xi$ )

**26. 27. § Flumen ut hibernā. (ν)]** Idest ita ruebat eius oratio, quemadmodum torrens descendens de altis-

1 est  $\gamma fV$ ] om.  $r\nu$  iste  $\Gamma'V$ ] isti  $bf$  3 enim  $\Gamma'Ve\xi$ ]  
 om.  $bf$  4 diomedis  $\nu\xi$ ] diomedes  $cett.$  5 accepit] sua  
 $c$  om.  $\xi$  6 diomedi munera  $c\xi$  8 metaphorā  $rf$ ] meta-  
 phora  $\gamma v b V$  methaphora  $\xi$  mathaphora  $c$  10 bacchius  $r$ ]  
 bachius  $\gamma v f V c$  12 tamen  $om. ed.$ , non  $\Gamma'fVc\xi$  14 pugnauit  $c$   
 pugnant  $\xi$  15 in pugna] om.  $c\xi$  exhib.  $cett.$  16 meta-  
 phora  $\Gamma$ ] metaforā  $\nu V$  22 com: coh:] com: scilicet  $c\xi$   
 26 o lux  $\gamma c\xi$ ] dux (= o lux)  $rb$  lux  $\nu f$  28 altissimo  $c\xi$  cons.  
 Porph.] latissimo  $\Gamma'fV$

simo monte, 'quo rara securis fertur', hoc est ad quem montem raro uenitur praecidendorum gratia lignorum ( $\Gamma'bfVc\xi$  cons. Porph.

§ Fabula talis est: quodam tempore rusticus dum iuxta 5 fluuium ligna caedit, casu securis eius in fluuium cecidit. Mercurius hoc de summo monte uidit, descendit ad rusticum interrogauitque eum, quid amisisset. Ille simplicitate sui ait: securim ferream perdidii. Mercurius leuauit auream, ille suam sibi redi cupiebat. Conlaudauit eum 10 deus et suam illi et auream condonauit. Alter agricola hac fama commotus iit ad fluuium, et dum se simulat ligna uelle deicere, securim in fluuium uoluntate proiecit. Similiter hoc supra dictus deus uidit, descendit, leuauit ferream. Ille auream se perdidisse fingebat; iratus deus 15 et illam dimisit. Ita qui auream habere cupiebat, et suam perdidit. Ergo dicit modo poeta: sic iniuriam Rupili Persius irrulebat, quomodo fluuius ille, qui raro habet aureas secures ( $\Gamma'bfVc\xi$ )

28. § Salso ( $c\xi$ )] Id est de amaro et copioso ac maledico 20 pectore protulit conuitia et remisit in Persium ( $\Gamma'bfVc\xi$ )

29. \*Expressa arbusto ( $vc$ )] [Pro] pectore, allegoricos ( $\Gamma'bc\xi$ )

\*Regerit ( $c\xi$ )] Inuicem mittit σκάμματα ( $\Gamma c\xi$ )

29. 30. § Bene perseuerauit in metaphora, quia 25 arbustum pectus eius dixit; modo illum duro comparat uindemiatori ( $\Gamma'bfVc\xi$ )

§ Vindemiator non dicitur, sed uindemator, et ni ita

7 ille] *om. c\xi* 8 sui  $\Gamma'f]$  sua  $bVc\xi$  securem  $Vc\xi$   
 10 illi et auream illi  $V$  11 iit  $r]$  ut  $\gamma\nu$  iuit  $Vc\xi$  uenit  $bf$   
 12 deicere] caedere  $f\xi$  cedere  $c$  securem  $\xi$  securim *cett.*, hic  
*etiam c* 13 uidit  $\gamma\nu bfV]$  (dum ...) uideret  $r$  uidens  $c\xi$  et  
 edit. 14 iratus] unde iratus  $r$  16 iniuriam] in iniuriam  $bf$   
 18 auream securim  $c\xi$  20 conuitia  $\Gamma'\xi$  comitia  $c$  conuicia  
 $fV$ , euauit  $b$  21 pro *om. c\xi* 23 σκάμματα] *om. rc\xi*  
 24 hoc schol. post sequens pon.  $c\xi$  addito 'autem' post 'bene'  
 27 uindemiator ... uindemator  $\Gamma]$  uindemiator ... uindemimator  
 $vfV$  uindemator ... uindemimator  $bc$  non — uindemator *om. \xi*  
 (solum 'uindimiator' exhib.) non] autem non  $bf$

dixeris, uersus non stabit. Hoc autem ipsa re nouimus, quod uiatores saepe ⟨a⟩ uindemioribus conuitiis aguntur, cum transierint, et illis reponunt, ita ut cuculos appellant, quasi pigros, et recitant hoc custodibus eo quod semper adsidant ( $\Gamma'bfVc\xi$  cf. *Porph.*)

**31.** § Magna c. u. c. (c)] Cuculus aus abiecta, quae hoc uitio naturali laborat, ut oua ubi posuerit obliteratae aliena calefaciat; unde rustici sibi obiciunt, quasi alieni foetus curam sustinentes ( $\Gamma'bfVc\xi$ )

Est autem et pigra, quae interdum pigritia, ne uolet, 10 fame moritur ( $\Gamma'bfV$ )

**34.** § Qui reges c. t. (v)] Aut propter Caesarem dixit hoc (*cons. gloss. I'*), qui est imperfectus in senatu a Cassio et Bruto, aut quia (*cons. Porph.*) originem ducebat a Bruto, qui pepulit de ciuitate Tarquinios ( $\Gamma'bfVc\xi$ )

5

15

## SERM. 8

**1.** § Olim truncus eram ( $\nu c$ )] Inducit Priapum, qui stat in hortis Esquilinis, dicentem non tam sibi laborandum in seruandis furibus quam ueneficis preferendis. Quomodo autem a corylo colurnus, ita a fico ficulnus 20 deriuatio est ( $\Gamma'bfVc\xi$  cf. *Porph.*)

\*Inutile ( $\nu c\xi$ )] Ad nullos usus genitum ( $\Gamma'c\xi$ )

**4.** \*Cohercet (v)] Quia fustem tenens figuratur ( $\Gamma'(\gamma b\nu)c\xi$ )

2 conuitiis  $\gamma c$  conuiciis  $rb$   $V$  conuiuiis  $\xi$  cum uiciis  $f$  agantur  $c\xi$  aguntur *cett.* cum uindemioribus conuiciis agunt edit. uindemioribus conuiciantur susp. *K.* conuiciari alicui dieit Quintilianus 3 cuculum eum a: qu: pigrum  $c\xi$  edit. 5 adsidant  $\gamma V$ ] assideant  $f$  assidant  $rvc\xi$  assid///  $b$  9 foetus  $\Gamma V$ ] foenis  $v$  om.  $c\xi$  defic.  $b$  sust:] eas sust:  $bf$  15 ciuitate  $\Gamma'V$ ] urbe  $bfc\xi$  18 esqu:  $Vc$ ] aesqu:  $\Gamma'bf$  exqu:  $\xi$  20 corylo  $V\xi$ ] corilo  $\Gamma'bfc$  21 deriu: est  $fV$ ] om.  $rc\xi$  diriuatio est  $\gamma v$ ; defic.  $b$

5. \*‘Ruber palus’ formatum e ligno virile membrum  
(Γ' b cons. cξ)

6. \*Importunas (ξ)] Quae hortis noceant (Γcξ)

7. § Vetatque nouis (ν)] Quia semper exercentur  
5. noua cultura, an propter recentem dedicationem M<a>e-  
cenatis ‘nouis’, hoc est nuper institutis, aut recens satis,  
aut quia antea sepulchra erant in hoc loco, in quo modo  
sunt horti M<a>ecenatis, ubi sunt modo Traianae? Ante  
enim tanta misericordia tenebantur maiores, ut etiam  
10 publica monumenta pauperibus et seruis aedificarent  
(Γ' b f Vcξ)

8. § Huc (ν)] Ad illum locum, in quo stabat Priapus,  
idest hic aliquando cadauera portabant plebeiorum siue  
seruorum. Nam sepulchra erant publica antea, modo  
15 M<a>ecenatis horti (Γ' f Vcξ)

\*Angustis cellis (c)] Vilissimis tuguriis (Icξ)

§ Pauperum uel seruorum cadauera hic olim sepe-  
liebantur, nam ideo subdidit ‘conseruos’ (Γ' f Vcξ)

10. § Commune s. (ν)] Soliti enim erant carnifices  
20 puteos in Esquilina uia facere, in quos corpora mittebant  
(Γ' Vcξ)

11. § Pantolabo (Γ' V)] Mallius Verna trans Tibe-  
rim ex ingenuis parentibus natus, qui a multis pecunias  
accipiebat, unde Pantolabus dictus; qui quamuis multis  
25 uitiis habundaret, propter scurrilitatem tamen conpluribus  
erat domestice notus (Γ' b f Vcξ ex Porph.

\*‘Scurrae’ dicuntur homines uilissimi et abiecti [et  
scenici legionum] (Γ' cξ)

5 dedicationem] delicationem c delectationem ξ elabora-  
tionem bf 7 sepulchra νbfVcξ] sepulcra Γ 8 ubi sunt  
Γ' Vcξ] ubi bf 10 monimenta γ 14 sepulchra γνfc] se-  
pulcra rVξ modo] non ξ ubi modo f 17 paup: — sep:]  
om. ν 18 conseruos cξ, memorabili sane scriptura 20 esqu:]  
exquilina γξ 25 uitiis] diuitiis ν om. cξ hab:] abundaret  
cξ, b abscis. conpluribus γ] compl: rrVcξ cum pluribus f  
26 domestice] domesticus et (om. ξ) cξ 27 et sc: legionum] om. cξ

§ Nomentanoque n. (c)] Nomentanus autem prodigus fuit et omnia bona comedederat; et eleganter his apud Esquiliis in publicis ustrinis monumentum fuisse dicit, quia priuatum habere locum non potuerant, omnibus suis absumptis (*I' bf Vc\xi cf. Porph.*)

12. Mille ped. (v)] Ideo cippus erat positus, ne heredes ipsius regionis haberent potestatem aucti siue paterni (*I' bf V*)

§ Titulus erat inscriptus, agri modum ex utroque spatio designans (*I' f Vc\xi*)

13. § Heredes [·m·] ne s. (ξ)] Nescio qui donauit agrum suum populo ad sepulchra et posuit fines, ut habeat in latitudine mille pedes, in longitudine trecentos. Hoc tamen fecit, ne heredes eius publicum inuaderent monumentum (*I' bf Vc\xi*)

§ Ne[c] sequerentur (v)] Ne haberet facultatem petendi spatium illud mille pedum et trecentorum. Item inscriptum erat sepulchro, ne ad heredes pertineret, hoc est, ne corpora aut reliquiae alienae inferrentur (*I' bf Vc\xi*)

14. § Nunc licet E. (c)] Esquiliae dicitur locus, in quo antea sepeliebantur corpora extra portam illam, in qua est Sessorium (*I' f Vc\xi*)

§ Salubribus (v)] Si sublata sunt sepulchra et modo sunt ibi horti, recte dixit salubres. Loca enim salubria sunt, in quibus [sunt] amoenitates (*I' bf Vc\xi*)

16. § Albis ossibus (v)] Sensus hic est: ibi nunc amoenitas aedificiorum grandis est, ubi aliquando albebant ossa miserorum, idest tristes homines intuebantur

1 autem] aut *V om. c\xi*      3 esqu: *fc]* esquilias *I' V cons. b*  
*exquilinas \xi ustrinis I' bf cons. Porph.] astrinis V tonstrinis c\xi*  
9 *inscr:] scriptus c\xi*      11 quis *c\xi*      12 sepulchra *r\n cons. f,*  
*sepulera \gamma Vc\xi*      13 trecentis in longitudine *c\xi*      14 inuaderent  
*rbfc] inuiderent \gamma V\xi Hauth. monimentum \gamma*      16 nec habe-  
*rent c\xi continuantes hoc sch. antecedenti, fort. recte*      17 illud]  
*istud \xi*      18 sepulchro *I' fc]* sepulcro *V\xi, defic. b*      19 alienae]  
*exinde c\xi*      20 esqu: *fc]* aesqu: *I' V exqu: \xi*      23 si —  
*horti om. c\xi*      si *r\n b]* i. f. om. *\gamma V*      25 sunt om. *rc\xi*  
27 albebant *c\xi*

hunc agrum aliquando album ex ossibus cadauerum  
(Γ' b f Vc ξ)

17. \*Furesque f. que (cξ)] Fures propter hortos,  
ferae propter cadauera mortuorum (Γ' b cξ)

5 19. \*Versant (cξ)] Mutant. In aliis 'uxant' lego  
(Γ b c ξ)

21. \*Vaga (cξ)] Quia per zodiacum uagatur (item b);  
ut Maro (*Aen.* I 742):

Hic canit errantem lunam (Γc ξ cf. *Porph.*)

10 22. \*Protulit os (cξ)] Maro (*Aen.* VIII 591):  
Extulit os sacrum caelo (Γb cξ)

23. § Vidi egom. (vc)] Hic uersus tragice profertur,  
ut (*Verg. Aen.* III 623):

Vidi egomet, duo de numero cum corpora nostro

15 (Γ' b f Vc ξ)

24. § Canidiam (vcξ)] Pro Gratidia Neapolitana  
unguentaria, quam semper ut ueneficam carpit Horatius  
(Γ' f Vc ξ)

25. Maiore (v)] Ostendit fuisse etiam minorem; aut  
20 maiorem natalibus aut aetate aut censu; aut 'maiore'  
quam fuit ipsa Canidia (Γ' b V)

27. § Mordicus (vcξ)] [Aduerbium est: mordendo.  
Aliter.] Pro eo, quod est morsibus, uelut aduerbialiter  
locutus ut radicitus (Γ' b f Vc ξ)

4 mortuorum] om. b 5 in — lego] om. b 8 ut —  
lunam] om. b 10 maro Γb] uirgilius cξ 11 os sacrum  
caelo] om. b 13 ut — nostro] om. b ut] ut uirg. f  
14 cum cξ] om. cett. 17 ungentaria γ quam — horatius]  
om. f 19 *Porph. ad h. l. scribit:* memini me legere apud Hele-  
nium Acronem Saganam nomine fuisse Horati temporibus Pompei  
Sagana (libertam coni. K.) senatoris, qui a triumuiris pro-  
scriptus est 20 aut censu aut maiore] om. b 22 aduerbium  
est Γ' b V (sed fort. gloss. V) aduerbium om. est fcξ ante  
mordendo edit. inserunt a mordendo om. r 23 aliter  
om. Vc ξ

29. \*Manes e. (ν)] Quid sunt manes? animae responsa daturae. Efexegesis est ( $\Gamma'bc\xi$  cf. *Porph.*)
30. § Lanea effigies (ν)] Bis subaudis 'effigies': lanea effigies, cerea etiam ( $\Gamma'Vc\xi$ )
31. \*Maior l. q. c. (c)] Sic steterant, ut ceream 5 lanea coherceret ( $\Gamma'bfc\xi$ )
33. § Peritura (ν)] Idest ita stabat effigies cerea ante laneam, quasi passura poenas ( $\Gamma'fVc\xi$ )
35. \*Infernus canes (ξ)] Aut Cerberum dicit aut Furias ( $\Gamma'bc\xi$ ) 10
36. <Magnæ>] Praegrandia (V)
39. § Iulius et fragilis P. (c)] Quidam infames temporis illius. Alii dicunt poetas fuisse pessimos. Pediatia ergo uiri nomen est, sed soluti. Alii perditos, triuiales exponunt ( $\Gamma'fVc\xi$ ) 15
- \*Fragilis (cξ)] Hoc est mollis et fluxus ( $\Gamma'c\xi$ )
- \*Voranus (νc)] Istum dicunt furem fuisse iudicem ( $\Gamma'c\xi$ )
40. \*Altera l. (c)] Respondentes ( $\Gamma'bc\xi$ )
41. \*Triste et a. (c)] Hoc est metuendum et lu- 20 gubre ( $\Gamma'bc\xi$ )
43. \*Cerea (ν)] Ypermeter uersus, ut (*Verg. Aen.* X 116):
- Solio tum Iuppiter aureo
- ( $\Gamma'bc\xi$  ex *Porph.*) 25
44. § Arserit (ν)] Κατὰ νοινόν: quid memorem, ut largior arserit ignis? Deest tamen 'ut' ( $\Gamma'bc\xi$ )
- § Et ut non testis (ν)] Idest quid dicam, quomodo eas ultus sum pro timore, quomodo inultus non recessi, sed eas terrui? ( $\Gamma'fVc\xi$ ) 30

1 sunt rb] sint γε om. ν 2 efexegesis ν] effexegesis c  
 effegesis ξ effexegesis est γ et est efexegesis r uel exegesis b  
 4 etiam] omis. V 7 ita] omis. νc\xi 11 p regrandia V  
 15 triuiales ed.] triuiales c\xi tribuales V tribiales  $\Gamma'f$  trabiales ν  
 26 κατὰ ξ:] om. c sine lacuna, in ξ lacuna quid νc\xi] quod Γ'V;  
 defic. b 29 sum codd.] sim edit.

46. § Displosa (*νξ*)] Explosum est eiectum, displosum cum impetu eiectum (*Γ' bf Vcξ*)

§ Ego ficus pepedi, idest factus ex ficu Priapus (*Γ(γ) b*) *Vcξ*

5 48. \*⟨Caliendrum⟩] Quidam ornatus, quo mulieres ad exornandos crines utuntur capillorum (*Γbf*)

§ Aliter: caliendum dicitur ornatus capitis mulierum, siue subpositus crinis, quem pro naturalibus capillis accipiebant [crinis subpositicius siue capillamentum]

10 (*Γ' bf Vcξ*)

\*⟨Caliendrum⟩] Genus galeri (*gloss. Γ(rf)*)

50. \*Vincula (*νcξ*)] Quaedam licia ex diuersis coloribus (*Γ' b cξ*)

---

### SERM. 9

15 1. \*Ibam forte uia sacra (*νc*)] De Epagomeno dicit (*Γ' cξ*)

\*Refert se cuiusdam ignoti diuturna garrulitate fatigatum (*Γ' bf*)

Sermo iste dicitur 'Molestus', 'Ἐπιφερόμενος' (*Γ' f V*)

20 2. § ⟨Nescio quid⟩ nugarum (*v*)] Idest uersus. More satyricorum 'nugarum' dixit, quia satyrici solent etiam sese carpere (*Γ' bf Vcξ*)

4. § Ordo [est]: quid rerum agis, ait mihi, tu dulcissime? (*Γ' bf Vcξ*)

25 5. § Idest suauiter ago, sicut modo et tibi cupio bene euenire (*Γ' bf Vcξ*)

\*Cupio (*bν*)] Te uiuere ex sententia tua (*Γ' b cξ*)

3 qui ex ficu factus sum priapus *c cons. ξ* 7 aliter] *om. ν Vcξ, euan. b* 8 subp: *rf V supp: cett., euanuit b* 9 crinis subp: — capillamentum] *om. cξ* suppositi cuius//*γ* suppositicius *r* suppositicam *v* supposi///*b* subpositi cuius*V* subpositus *f* 11 idest galerum *f* 20 idest *γfV*] *om. rνcξ, absc. b* 21 satyrorum *b* satirorum *cett. etiam ξ* nugarum *codd.*] *nugas edit. satyrici νc*] satyri *ξ* satirici *cett.* 23 est *γ* *om. cett.*

6. § Occupo (*v*)] Idest praeuenio illum [hoc sermone] dicens: numquid aliquid uis, numquid tibi necessarium [est]? (*I'bfVc\xi*)

6. 7. \*Noris nos (*v*)] Idest: hoc uolo, ut scias nos, quia docti sumus; idest non sumus indigni, quos scias 5 (*I'bc\xi*)

7. 8. \*Hic ego p. h. i. m. e. (*\xi*)] Hac re, quia doctus es, ideo tibi honorem habeo (*I'bc\xi*)

10 10. \*Cum sudor m. t. (*c\xi*)] Cum ex tedio et molestia illius flueret sudor (*I'bc\xi*)

11. \*O te Bolane (*v*)] Qui solebat pre iracundia in facie quemuis reprehendere et libere dicere, quid sentiret (*I'bf\xi*)

§ O te Bolane c. f. (*c*)] Cum sudarem molestius, dicebam apud me felicem esse Bolanum oxycholum, qui 15 possit eum uerbis asperioribus remouere. Quare autem felicem dixit oxycholum? Quia non patiebatur molestiam (*I'bfVc\xi*)

12. Felicem cerebri (*rV*)] Cum felicitate illum fuisse oxycholum (*I'bfV*) 20

14. \*Misere (*vc\xi*)] Valde, ut Terentius in heauton-timorumeno (I 2, 16):

Eam misere amat (*I'bc\xi*)

16. \*Nil opus est (*v\xi*)] Idest aio illi: non opus est tibi hic atque illuc circumduci (*I'c\xi*) 25

18. \*Cubat (*c\xi*)] Aegrotat, languet, iacet (*I'bc\xi*)

22. § Si bene me noui (*v*)] Idest [si bene] fretus [sum] conscientia mea, intellego, quia magis mihi defers> quam illis (*I'bfVc\xi*)

1 idest] om. *vc\xi*      dicens hoc sermone *\gamma*      hoc sermone  
*om. c\xi*      3 est *rc\xi*] om. cett.      8 ideo — habeo] om. *b*  
 10 illius] om. *b*      12 faciem *c\xi*      14 molestus *\gamma c\xi*      15 bolanum *c\xi*] uolanum *I'bfV*      21 ut — amat] om. *b*      in eanton-tumerumenon *c* Incanten *\xi* om. cett.      26 (aegr: *b*)      languet]  
*om. b*      27 si bene *om. c\xi*      28 sum *om. \gamma c\xi*      conscientia *c\xi*]      scientia *I'bfV*      deferes *K.*] differs *\xi* defers *cett.*      29 illi *c\xi*

§ Viscus disertus illius temporis homo. Nonnulli (= *gloss. Γ' b*) poetam dicunt, amicum Horatii. Est autem sensus: non Viscum amicum pluris facies, hoc est: qui amicus tibi est, potiorem duces (*Γ' bf Vcξ*

5      23. \*Varius poeta, amicus Virgilii, Horatii etiam (*Γ' b*  
\*Mire sic garrulum ostendit molestum (*Γ' cξ*

24. § Quis membra (*bvcξ*)] Id est quis cum gestu corporis potest pronuntiare quemadmodum ego? (*Γ' bf Vcξ*

25. § Ita pronuntio, ut Hermogenes mihi cantor in-  
10 uideat (*Γ' bf Vcξ*

\*‘Hermogenes Tigellius’, de quo supra (*serm. I 3,*  
129. 4, 72):

Io, Bacche (*Γbcξ*

28. \*Omnes composui (*cξ*)] [In urnis] omnes sepeliui  
15 (*Γbcξ*

30. § Mota anus u. (*v*)] Id est ipsa commota ex urna dixit imminere mihi fatum ex garrulo. Aut mota urna ipsa anus cecinit, quoniam sortes de urna tolluntur (*Γ' f Vcξ*

20      32. \*Tarda podagra (*cξ*)] Quia tardos [homines] facit [podagra]; et est ypallage (*Γbcξ*

33. § Quando c. cumque (*v*)] T[e]mesis est ‘quando-cumque consumet’; ut (*Verg. georg. III 381*):

Septem subiecta trioni (*Γ' f Vcξ*

25      35. \*Ad Veste>(vcξ)] Subaud. templum, sicut ‘in Pacis, Concordiae’. Terentius (*adolph. III 2, 43*):

Vbi ad Diana*e* ueneris (*Γ' bcξ cons. Porph.*

36. § Vadato (*v*)] Participium est ab eo, quod est uador, uadaris; et est uerbum commune: [uador te et ua-

11 hermogenes tigellius *cξ*] *om. Γb*      14 omnes in u: *cξ*  
in urnis] *om. b*      20 homines *Γb om. cξ*      21 podagra *Γb*  
*om. cξ*      et — ypallage] *om. b*      25 subaudiendum *Porph.*  
id *v*      26 ter:] terrentius *v* ter *γ* ut *cξ*      29 uaderis *rFV*  
*uncis inclusa om. cξ*

dor a te,] idest uoco te [ad iudicium] aut uocor a te ad iudicium. Respondere ergo debebat aut ei, a quo uocatus est ad iudicium, aut ei, quem ipse uocasset [ad iudicium] ( $\Gamma' f V c \xi$

\*Vadato ( $c \xi$ )] In iudicio, quia uadatus eum fuerat 5 uel quia eum uadio obligauerat ( $\Gamma' b c \xi$

**37.** \*⟨Debebat⟩] Idest cogebatur, aut k. k. debebat ( $\Gamma$

**40.** \*Et propero quo[s] scis ( $c \xi$ )] Oblitus est Horatius, quod dixit sibi uisendum esse nescio quem ( $\Gamma' b c \xi$  10

**42.** Ego ut contendere d. ( $v$ )] Ego coepi eum sequi, quia sciebam durum esse contendere cum pertinaci ( $\Gamma' f V$  cons. *Porph.*

\*Sciens durum esse contendere cum uictore coepi sequi ( $\Gamma' b c \xi$  15

**43.** § Quomodo tecum ( $v$ )] Initium locutionis fecit et coepit interrogare: quomodo circa te M⟨a⟩ecenas est? ( $\Gamma' f V c \xi$

\*Deest 'agit' ( $\Gamma' f c \xi$

**44.** § Paucorum ( $v$ )] Idest qui et sapiens est et 20 raro habet parem, qui multorum amicitia non gaudet ( $\Gamma' f V c \xi$

**46.** § Posset qui ferre ( $v$ )] Idest haberet apud M⟨a⟩ecenatem, qui tueretur partes tuas, si me ei commendare uelles ( $\Gamma' f V c \xi$  25

**47.** \*Hunc hominem ( $v$ )] Dicticos; se ipsum tangit digito ( $\Gamma' c \xi$

1 idest  $\Gamma' f c \xi$  uel  $\xi$  om. *V* uoco te ad iudicium] uoco ad iudicium  $\Gamma'$  uoco te  $c \xi$  ad iudicium aduoco *V* aut uocor a te ad iudicium] om. *vf* aut  $\Gamma]$  et  $V c \xi$  2 resp: — iud:] om.  $\xi$  debebat *f*] om. *cett.*; sed nescio an in fine scholii posita haec uox propter lemma sequentis (debebat) interierit a quo — uocasset] que ipse uocas ad iudiciū *V* 6 uel — oblig: om. *rb* uadio *codd.*] uadimonio edit. 7 k. k.]  $\xi$   $\xi$   $\Gamma$  = causa cadere (cf. Mommsen in not. laterc. post Keili Probum); kp. kp. *Cruquius* (1573) 12 pertinaci] pertinaces *V* 16 fecit *r f v V*] fuit  $\gamma c \xi$  21 qui] quia *V*

\*Dispeream (*vc*)] Id est ualde peream, si non omnes remouisses ab amicitia M<a>ecenatis (*I'c\xi*)

**48.** \*Non isto (*vc\xi*)] Respondit Horatius (*I'bc\xi*)

**50.** § Nil mi officit (*c\xi*)] Id est quicumque est ditionis,  
5 non officit mihi in domo M<a>ecenatis (*I'fVc\xi*)

**52.** \*Vix credibile (*c\xi*)] Ut non sit factio in tanta domo (*I'bc\xi*)

**53.** § Accendis (*vc*)] Haec dicendo multo magis me accendis ad amicitiam eius (*I'bVc\xi*)

**10 54.** § Velis tantummodo (*\xi*)] Si uolueris me commendare, impetrare possis, homo tantae uirtutis (*I'(rf)Vc\xi*)

**54. 55.** § Opus est, inquit, hoc solum, ut uelis ei amicus esse; etenim pro merito uirtutum tuarum facile poteris promereris (*I'fVc\xi*)

**15 55.** § Et est qui uinci possit (*vc\xi*)] Hoc uitio est, inquit, Maecenas, cui si saepe instes, uincatur. Persius hinc (1, 116. 117):

Omne uafer uitium ridenti Flaccus amico  
Tangit.

**20** Et nunc iucunde ex alterius persona eum reprehendit (*I'bfVc\xi*)

**62.** § Ecce Fuscus (*c\xi*)] Aristius Fuscus, grammaticus doctissimus illius temporis, amicus Horatii (*I'bfVc\xi*)  
*ex Porph.*

**25 61. 62.** § Et illum (*v*)] Inducit illum qui superuenerat dissimulare, ut ipse odiosi hominis molestia fatigaretur (*I'fVc\xi*)

**62. 63.** \*Επιφερόμενος interrogabat, unde uenisset; Aristius uero respondit (*I'bf*)

**30 63.** \*Κατὰ τὸ αὐτό (*I' cons. c\xi*)

2 remouisses omnes *c\xi*      3 respond& γ      4 nil mi]  
nihil *c\xi*      8 haec *rV*] hec γ*b* hic ν hoc *c\xi*      14 promereris  
*I'fc*] promerere *V* promoueri *\xi*      16 (m̄ecenas γ)      saepe *\xi*]  
semper *V* sepe *cett.*      26 ipse *I'fVc\xi*] ipso (!) *Pauly et Hau-*  
*thal*      29 respondet γ      30 κατὰ τὸ αὐτό] lacuna in *c\xi*

\*Vellere ( $\nu c\xi$ )] Vellicare ( $\Gamma' b c\xi$

64. § Nutans ( $\nu$ )] Id est coepi nutare. Est autem nutare aliquid oculis nutantibus uelle monstrare ( $\Gamma' b f V c\xi$

\*Innuens, significans ut me eriperet ( $\Gamma' b f c\xi$

65. § 'Male salsus' in perniciem meam nimis prudens, 15 aut male iocosus et urbanus inrisor ( $\Gamma' b f V c\xi$

\*Male prudens ( $\Gamma b f c\xi$

66. \*Meum iecur u. b. ( $\xi$ )] Vehementer irascerbar ( $\Gamma c\xi$

67. <Certe>] [Ego] Horatius ( $\Gamma b f V$  cons. Porph. 10

69. § Hodie tricesima s. ( $c$ )] 'Tricesima sabbata', quae Iudei Neomenias dicunt, quoniam per sabbata Iudei numeros appellant lunares (cf. Porph.). Aliter: tricesima sabbata dicuntur, quando Kalendis occurrit sabbatum. Item: tricesima sabbata dicuntur, quando ueniunt Kalendas [in] prima luna per sabbata, qui dies maxime a Iudeis obseruatur; aut quia tricesima sabbata religiosius colebantur ( $\Gamma' b f V c\xi$

<Tricesima sabbata>] Quae Neomenias dicunt, + p xxx . . . o dies lunaris cursus quando peragitur in Kalendas Iudei semper sabbatizant ( $V$ , cett. om.

70. § Curtis Iudeis ( $\nu$ )] Ideo curtis, quia Moyses, rex Iudeorum, cuius legibus reguntur, neglegentia medici talis effectus et, ne solus esset notabilis, omnes circumcidii uoluit ( $\Gamma' b f V c\xi$

2 coepi — autem nutare] om.  $V$  est — nutare] om.  $\gamma \nu$   
 3 monstrare] demonstrare  $\nu$  5 male salsus  $\nu$ ] male falsus  $b f$   
 male salus  $c$  om. cett. nimis  $K.$ ] minus codd. 6 inrisor  $\gamma$ ] irisor cett. 10 ego  $V$  om. cett. 11 tric: sabbata] om.  $V$   
 12 per] om.  $r c\xi$  14 kalendis — quando] om.  $\nu \xi$  propter homoeoteleuton in kalendis  $f$  incalendis  $b$  15 item  $\nu b f c$ ] ite-  
 rum  $\Gamma V$  aliter  $\xi$  16 in  $b f c\xi$ , om.  $\Gamma' V$  17 obseruabatur  $V$   
 18 colebantur] obseruantur  $r$  celebrantur  $\xi$  20 o post p xxx . . .  
 non certa, fort. c 23 rex] sc̄s rex i. dominus  $V$  medicis  
 talis  $\gamma \nu b f$ ] talis  $r$  medicinalis  $V c\xi$  edit. (!); in  $\xi$  linea traducta  
 alteraque insuper infra addita uerbum deletum est 24 effectus  
 codd.] affectus edit. circumcidii  $V \xi$ ] circuncidi  $c$  concidi  
 $\Gamma' b f$

\*‘Oppedere’ contradicere, quasi contra pedem opponere. Alii uerbum foeditatis uolunt, sed falsum est ( $\Gamma' b f$ )

**70. 71.** § Nulla mihi inquam r. ( $\nu$ )] Hoc est:  
5 facile hos contempno, quorum religione non teneor  
( $\Gamma' b f V c \xi$ )

**71.** § Infirmior ( $\nu \xi$ )] Idest timidus sum et hac de causa colo omnes religiones ( $\Gamma' f V c \xi$ , *euan. b*)

\*Quia nimiam religionem infirmitas facit et metus  
10 ( $\Gamma' b f c \xi$ )

**72.** \*Solem ( $\nu$ )] Idest huncine diem tam molestum ortum mihi esse ( $\Gamma' b f c \xi$ , *sed b propemodum euanuit*)

**73.** § Tam nigrum ( $c \xi$ )] Tam tristem et aduersum, cui contrarium (*Pers. 2, 1*):

15 Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo [idest albo]  
( $\Gamma' f V c \xi$ )

\*Surrexe ( $c \xi$ )] Pro surrexisse ( $\Gamma c \xi$ )

\*Improbus ( $\nu$ )] Idest malus, qui non subuenit amico suo ( $\Gamma' f$ )

20 **74.** \*Sub cultro ( $\nu c$ )] Prouerbium est: idest in maxima molestia cum ἐπιφερομένῳ ( $\Gamma' f c \xi$ )

**75.** \*Obuius ( $c \xi$ )] <Ἐπιφερόμενος> ( $c \xi$ )

**76.** § Et licet antestari ( $\xi$ )] Denuntiantes litem antestatos habebant, quibus praesentibus conueniebant, ita ut aurem illis tertio uellerent. Sic Seruius magister [urbis] exposuit. Alii sic exponunt, quod Horatium interrogauerit, si testis esse pateretur, et Horatius optulerit aurem ultiro. Solebant enim testium aures tenere et ita dicere: ‘memento, quod tu mihi in illa causa testis eris’.

2 uerbum] cibum *codd.* 4 hoc est] idest  $c \xi$  5 contemno  $c$  contendō  $\xi$  11 tam  $c \xi$ ] *om. cett.* moleste  $c \xi$   
13 Iā nigrum *V* 15 macrine *om. Γ'* idest albo *V om. cett.*  
17 surraxe  $\xi$  surresse  $c$  18 qui — suo] *om. r* 20 in  $r$ ]  
sub  $f$  *om. γν c\xi* 21 cum  $\xi$ :] sub (super  $c$ ) illo garrulo (garrulo  $\xi$ )  $c \xi$  22 ἐπιφ.] lacuna in  $c \xi$  26 urbis  $\Gamma f c r o \nu$   
uerbis  $\xi$  *om. V, absc. b* 27 optulerit  $\Gamma V$ ] obtulerit  $b f v c \xi$   
29 testis eris in illa causa  $r V$

Quid est antestari? Olim qui antestabatur, auriculam contingebat, ideoque poeta ait: libenter auriculam optuli. Tangens autem auriculam his uerbis loquebatur: 'licet antestari?' Si ille respondisset: 'licet', per injectionem manus aduersarium suum in iudicium trahebat. 5 Quod si antestatus non esset et manum inieciasset, iniuriae reus constitui poterat. Plautus in Persa (III 9, 10 sq.  
= 747 sq. R.): leno ad Satyrimonem parasitum:

Nonne antestaris?

et parasitus:

10

Tuane ego causa carnifex  
Cuiquam mortali libero aures atteram? (*I'f Vc\x*

\*Aliter: antestari idest teste uti, quod iudicii causa uolo manum inicere. Nam haec erat consuetudo: si quis uadato non paruissest, eius aduersarius aliquem de praesentibus antestabatur, idest tangebat eius aurem et dicebat: licetne te antestari? Si respondisset ille: licet, tunc iniciebat uadatus manum in eum, qui non paruissest, et ducebat in iudicium, aliter si inieciasset manum, iniuriarum poterat accusari (*I'bfc\x cons. Porph.* 20

## SERM. 10

1. § Nempe incomposito (*v.*)] Id est certe confiteor me dixisse, quod asperos et non compositos uersus fecit Lucilius (*I'f L Vc\x*

\*Respondit his, a quibus culpatus fuerat, quod Lucilius uersus damnasset in satyra 'Eupolis atque Cratinus'

1 quid e: a:] Aliter *V* |sit antestari b 13 antestari  
*bfc\x]* om. cett. idest] om. f, absc. b 22 idest — quod]  
// cit ipse lucilius. Eo quod *V* 25 respondit *I'L*] respon-  
disset f respondet *c\x Porph.* 26 damnasset *rLc\x* dannasset \t  
dampnasset cett. satyra *rLvc\x* satira \t saturat f

(s. I 4, 1), et dicit se non poetam inprobasse, sed uersus ( $\Gamma' f L c \xi$  ex Porph.

2. § Inepte ( $\nu c \xi$ )] Inepte fauemus alicui, quando aperta uitia eius negamus ( $\Gamma' f V c \xi$

5 3. \*At idem q. s. ( $c \xi$ )] Subiectio; idest sed in multos principes ciuitatis multa uenuste et iocose dixit in eodem opere, et perseuerauit in metaphora 'sale' dicendo 'defricuit' ( $\Gamma' f c \xi$

\*'Sale multo' ideo ait numero singulari, quod dicturus 10 erat perfricuit, ut quasi uero sale faceret; nam sales plurali numero dicendi sunt, cum urbanitas significatur ( $\Gamma f L c \xi$  cons. Porph.

4. \*Vrbem ( $\nu c$ )] Idest principes ciuitatis, quia Lupum et Mutium uehementer affixit, iocose ( $\Gamma' L E$

15 \*Non urbem, sed principes urbis, Mutium et Lupum et ceteros ( $c \xi$ )

5. § Nec tamen hoc tribuens d. quoque c. ( $\xi$ )] Idest non ideo, quia concedo illi facetias, concedo et omnia, quae debet habere poeta ( $\Gamma' L V c \xi$

20 5. 6. \*Sic et L. m. ( $c \xi$ )] Idest si dico Lucilium ideo bonum poetam esse, quod habet facetias, idem mihi dicendum est de Laberio mimographo; nam et is habet facetias; sed multis caret, quae poeta debet habere ( $\Gamma' f c \xi$

6. § Sic et Laberi m. ( $\nu$ )] Nam et mimorum ioca 25 sic laudo, ut non cetera illis adsignem, quae perfecti sunt operis. Per hoc Lucilii opus mimis comparat ( $\Gamma' f V c \xi$

7. \*Rictum ( $\nu \xi$ )] Incerti generis est; nam et hic rictus dicitur et hoc rictum mensura oris ( $\Gamma' b c \xi$

8. \*Risu diducere rictum ( $\xi$ )] Aperire os et risum 30 mouere ( $\Gamma' b E c \xi$

3 inepte fauemus] stulte fauemus  $c \xi$  fauemus  $\nu$  4 eius uitia (uicia  $V$ )  $V c$ , non cett. cum  $\xi$  5 subiectio] subiectio est  $c \xi$  10 uere  $c$  sal  $c \xi$  14 affixit  $L E$ ] affixit  $\Gamma'$  18 non — fac:] quamuis concedo fac: et uenustatem lucilio tamen non ideo  $c \xi$  facetias  $c \xi$ ] facecias  $V$  fac: idest cett. 25 adsignem  $\Gamma f$ ] assignem  $\nu V c \xi$  28 mens: oris] oris apertio  $b$

9. § Est breuitate o. ( $\nu\xi$ )] Sententia illa, quae risum mouet, debet esse cita et manifesta. Aliter: sensus: non solum in eo est, ut pauca copiose, sed ut breuiter multa dicantur. Sic et Cato a Sallustio laudatur (*hist. fragm. I 4 M.*), quod multa paucis absoluere (*cons. Porph.*). 5 Aliter: sententia non debet esse prolixior, ne aures oneret auditoris et non intellegatur ( $\Gamma' fLVc\xi$ )

\*Si uis perfectum opus facere, breuitate opus est, ut cito sententia finiatur ( $\Gamma' c\xi$ )

11. \*Et sermone opus est modo tristi, saepe io- 10 coso ( $\xi$ )] Id est opus est sermone ei, qui iocos dicit, modo defendantem uicem oratoris, modo poetae, modo urbani par- centis uiribus suis. Nam cum inducis loquentem rusti- cum, non debes loqui pro ingenio tuo, sed pro ingenio rustici ( $\Gamma' fc\xi$ ) 15

13. § Interdum u. ( $c\xi$ )] Interdum urbani hominis sermone opus est, qui, ut delicatus uideatur, minus se ostendit facere, quam possit, sed non qui in dicendo uiribus parcat, sed qui alioqui minores uires demonstret ( $\Gamma' fVc\xi$ ) 20

14. 15. § Ridiculum ( $\nu c\xi$ )] S< a > epe ioculare male- dictum grauius uulnerat, quam res aspera, id est satyra ( $\Gamma' Vc\xi$ )

\*Iocus saepe plus mouet hominem, quam res acris ( $\Gamma' bEc\xi$ ) 25

\*Plerumque, inquit, uenuste et ridicule dicta plus mordent, quam quae acriter et turbulententer prolata sunt ( $\Gamma' fc\xi$ )

16. \*Illi ( $\nu c\xi$ )] Id est antiqui comoediographi ideo placuerunt, qui< a > temperabant fabulas suas iocoso et tristi; 30 et hi modo partes rhetoris sequebantur, modo poetae ( $\Gamma' fc\xi$ )

3 i. e. e.] eo est opus  $c\xi$  4 sal:  $\nu$  *Porph.*] salustio cett.  
 11 ei] et  $c\xi$  16 urbani interdum  $V$ , non cett. 19 parcat  
 — demonstret] per neglegentiam om.  $\xi$  alioqui] aliqui  $\nu$   
 alioquin  $f$  alii qui c 22 satyra  $r\nu Vc\xi$ ] satira  $\gamma$

17. § Hoc stabant (*v*)] Eo ipso placebant, quod ridicula eorum magis morderent, quam si acria protulissent (*Γ' f Vc ξ*)

18. \*Hermogenes et Demetrius, quem iste simium appellat genere masculino propter deformitatem et breuem staturam, ambo obtrectatores fuerunt Horatii. Erant autem musici modulatores (*Γ' f Ec ξ sim. Porph.*)

§ Demetrius praeter Calum et Catullum poetas alios non legerat (*Γ' f Vc ξ*)

10 \*Ad nullam rem doctus Demetrius nisi Catulli et Calui uersus cantare et imitari, qui dramatopoeos erat, hoc est amatorias cantiones scripserat (*Γ' fc ξ*)

21. \*O seri studiorum (*vc ξ*)] O qui seri estis ad studia. Castigat eos, qui mirantur Lucilium, quod Latinis 15 Graeca miscuerit (*Γ' bfc ξ cons. Porph.*)

\*'Quine' quasi curne aut uacat 'ne', ut 'qui' pronomen sit (*Γ' fc ξ*)

22. 23. \*Idest putatisne eum aliquid magnum fecisse, quod scripsit sicut Pitholeo, abiectus poeta? Nam 20 dicitur Pitholeo epigrammata ridicula scripsisse, in quibus Graeca uerba mixta erant cum Latinis (*Γ' f Ec ξ*)

\*Aliter: Pitholeon Rhodius huiusmodi fecit epigrammata, ut Latinis Graeca coniungeret, quod adeo non est difficile, et ideo non dignum miraculo; etenim infirmitatis 25 putatur non Latinis compleri, quae Latinis sunt coepta (*Γ' fc ξ*)

24. § Vt Chio nota si c. (*c*)] Genera uini optimi, Chii et Falerni. Chium dulce est, Falernum austерum; ergo mixtum iucundum fit. Aliter: subiectio, idest sed 30 suavis fit sermo coniunctus ex Latino et Graeco, quemadmodum si miscueris Falernum uinum cum Chio. Sed comparatio haec non congruit; nam uinum Chium mixtum

2 morderent *c ξ*] moderent *Γ' V* moderarentur *f* 8 catullum *γ c ξ*] catulum *r v V* tullium *f* 19 pitholeo *Γ' E*] -on *fc ξ* 23 quod *c ξ*] om. cett. 28 chii *c*] chio *I' V* om. *ξ* chium et phalernum *f* austерум *γ c*] auxterum *ξ* austere *r v V* 29 aliter] uel *c ξ* om. *f v*

cum Falerno facit suavitatem, quia Chium dulce est, austerius Falernum; Graeca uero cum Latinis commixta dissimilitudine naturae carent suavitate (*I'fVc\xi*)

\*〈Nota... Falerni〉] ‘Nota’ ideo, quia aut uina notantur in lagoenis aut consules (*I'fc\xi*)

**25.** \*Te ipsum percontor (*v*)] Te, inquit, qui Lucilium defendis, consulo: utrum tunc tantum Latinis Graeca permisces, cum uersus facias, an et quando causam durissimam Petilli de furto Capitolino aduersus Pedium Publicolam siue aduersus Messalam Coruinum peroras? Hi 10 autem ita Graecis abhorruerunt, ut Messala primus funambuli nomen intulerit et post eum Terentius (*hec. prol. 34*):

Funambuli eodem accessit expectatio.

Aliter: idest quando suavis est sermo Graecus coniunctus Latino? Cum uersum facis, an etiam, cum reum defendis 15 Petilium? Petilium hunc dixit superius (*serm. I 4, 94*) coronam rapuisse de Capitolio; qui, quamuis absolutus est, tamen duram causam habuit; nam ab Augusto absolutus est. Petilli autem genitius est (*I'fc\xi*)

§ Pedius Publicola et Messala Coruinus oratores 20 fuerunt, qui obseruauerunt, ne Graecis sermonibus uterentur. Erant autem fratres causidici optimi (*I'fVc\xi*)

**30.** \*Canusini more bilinguis (*v*)] Aut quia Canusium oppidum constat ex Graecis et Italis, quidam istum Pitholeontem Canusinum fuisse dicunt, aut pro quocumque 25 Canusino dixit. Aliter: de Pitholeonte dicit; nam iste de Canusio fuit. Dicit autem bilinguem, quia et Graeci et Latini apud Canusium habitant et utuntur utroque sermone (*I'fVc\xi*)

2 austerius *rfvVc*] austerum γ austerus ξ 5 lagoenis *r*]  
 laguoenis γ lagooenis / lagunenis ν lagenis cξ 10 aduersum ν hi — expectatio] ex *Porph.* 23 canusium] canusinum *V* 24 italis] latinis γ pr. cξ 25 canusinum cξ] canusium *I'fV* 26 canusino ν cξ] canusio *I'fV* 27 canusio] cusiō *V*, ν non liquet 28 habitant] habitabant γ abitant *V*

\*Canusini enim cum sint Latinae gentis et a Diomedae Graecitatis partem trahant, [et] per ipsius regionis tractum Graeca lingua in usu fuit: unde ea pars Italiae Graecia Magna dicta est (*Γ' fcξ cons. Porph.*)

5      31. \*Atque ego cum f. (c)] Cum facere uellem, ut (*Verg. ccl. 6, 3*):

Cum canerem reges et proelia (*Γ cξ*)

\*Mare citra (*ν cξ*)] Natus in mediterranea regione et a Graecia longe positus (*Γ' cξ*)

10     32. §*<Vetuit>*] Vide 'uetuit', non 'uetauit', quamquam possumus etiam sic dicere (*Γ' Vcξ*)

33. § Post medianam noctem (*cξ*)] Tunc enim digestior animus uera somniat, iam quando pituitis caruimus (*Γ' Vcξ*)

15     34. \*Ac si magni. (*v*)] Ac per hoc inter Graecos auctores, qui plurimi sint, inseri (*Γ' cξ*)

20     36. 37. § Viua<eu>lum quendam poetam Gallum tangit. 'Iugulat' ergo dixit aut nos audientes descriptionem Rheni et Memnonis, aut ipsum Memnona occidit describendo et facit e<ti>am fontem R<h>eni sordidum, lutulentum, ita describens (*Γ' fEVcξ*)

\*Turgidus A. (*cξ*)] Alpinus hic Memnonis bella descriptis, et, quia male, ideo ait 'iugulat', quasi malis carminibus ipsum Memnona necet (*Γ' Ecξ cf. Porph.*)

2 graecit: — dicta est om. *cξ*, in c duorum uersuum spatiū uacuum relictum est      5 cum *c*] .i. cum *ξ* om. *Γ*  
 9 (grēcia *ξ*)      10 uide *K.*] uides *Γ* unde *Vcξ*      11 possumus  
*ν Vξ*] possimus *rv* non possumus *c*      13 quando iam *editiones*  
 fortasse *recte* iam quando *Γ' V* .i. quando *cξ*      pituitis *rcξ*]  
 petuitis *γ* punitis *V* potuitis *ν*      15 (grēcos *ξ*)      16 sunt in-  
 seri *ν* sunt miseri *c* miseri sunt *ξ*      17 uiualum *γν* uiualium  
*rEVcξ, feras.*      20 et facit — describens] om. *E*      etiam *K.*]  
 eam *rvfV* eum *γcξ*      fontem *Γ' fV*] forte *cξ*      Rheni *K.*]  
 peni *f* peni *rv* pene *γcξ* poene *V*; uid. stud. *Vindobon.* 1901  
 p. 111      24 necet *ξ*] necat *γc cons. E* negat *rv*

\*⟨Iugulat⟩] Vt (*Verg. ecl. 6, 62. 63*):

Musco circumdat amarae

Corticis ( $\Gamma$ )

**37.** § 'Luteum' et ad naturam fluminis retulit, quoniam semper est turbidum, et ad opus poetae. 'Ludo' autem ait, quoniam uerecunde poetae uersus suos ludos appellant ( $\Gamma' f V c \xi$ )

**38.** \*⟨In aede⟩] Apollinis, ubi solent docere poetae ( $\Gamma$ )

\*In ⟨a⟩ede ( $\nu$ )] In Musio, in Atheneo. Id est ea scribo, quae neque recitentur in Atheneo, neque sunt agenda in theatro ( $\Gamma' f c \xi$ )

§ ⟨In aede⟩ Musarum ubi poet⟨a⟩e multis audientibus recitare carmina sua solebant (*V sim.  $\Gamma' f c \xi$  cons. Porph.*)

§ ⟨Indice Tarpa⟩] Qui deferenda carmina poetarum ad ⟨s⟩caenas antea probauit (*V sim.  $\Gamma' f c \xi$  Porph.*) 15

\*Per hoc illud ait: dicta mea alienum iudicium non expectant, nec comoedias scribo, quae saepius spectatae apud populum uilescant, sed mihi satisfacio ( $\Gamma' f c \xi$ )

**42.** § Vnus uiuorum F. ( $\nu c$ )] Id est inter omnes uiuos tu bene scribis comoedias ( $\Gamma' V c \xi$ ) 20

Ostendit optimum trag⟨o⟩ediographum esse Pollio-nem (*V*)

\*Pollio tragediam scribit trimetro, quia trimetri dicuntur uersus tragediarum esse ( $\Gamma' f c \xi$ )

**43.** \*Ter percusso ( $\nu$ )] Id est trimetro iambico, quoniam tres c⟨a⟩esuras habet ( $\Gamma' c \xi$ ) 25

turbidum  $r c \xi$ ] turbidus  $\gamma \nu f V$  turbida semper aqua  
*Porph.* opus poetae] uitium poetae (poete  $c$ )  $c \xi$  opus potest  $\Gamma' f V$  6 ait] *om. V* 12 . . . uel in aede musarum ait, quo solebant poetae uenire et dicta sua multis audientibus recitare captantes laudem ex uersibus, et ideo Tarpam iudicem uoluit uel (*del. Pauly*) quod Tarpa probare consuesset, quae ad scaenam deferenda essent  $\Gamma' f c \xi$  19 id est] *om. V c \xi* 20 tu bene  $\Gamma' c \xi$ ] o optime *V* comoedias  $\Gamma$  comediam  $\nu V c$  commediam  $\xi$

§ Forte (*vc*)] Id est fortis ipse Pollio [et forte et molle et facetum] (*I'Vec\xi*)

§ 'Epos' pro epodos. Epos autem ideo dictum, quod unum uersum maiorem habet, alterum minorem (*I'Vec\xi*)

5 § <Forte epos>] Dimenso, id est magno impetu uersus expressos (*\gamma Ve\xi*)

44. § Ut nemo Varius dicit molle atque f. (*\xi*)] Varius delicatum uersum componit, id est nemo ut Varius dulciter canit (*I'fVe\xi*)

10 § Molle atque facetum (*\gamma vVe\xi*)] Hic plena (*fort. leg.* pro (*p*) lene). Nam molle atque facetum annuerunt Virgilio rure Camenae; nam nihil ioculare in georgicis scripsit (*I'fVe\xi*)

45. \*Virgilio a. (*c\xi*)] Id est Virgilio concesserunt 15 Musae georgica scribere (*I'c\xi*)

\*Apparet illo tempore Virgilium adhuc bucolica et georgica scripta habuisse (*I'fc\xi*)

46. \*Hoc erat e. f. (*c\xi*)] Ordo ex inferioribus (*I'fc\xi*)

§ Hoc erat, quod ego melius possem scribere, id est 20 satyram, quam frustra Varro Atacinus et alii multi conati sunt scribere (*I'fVe\xi*)

48. \*Neque ego illi (*v*)] Rursus Lucilium sibi prae-fert, quia ille inuentor satyrae fuit (*I'fc\xi*)

53. § Nil comis (*vc*)] Id est elegans ipse Lucilius 25 non uituperat quaedam in Accio et ridet Ennium quasi non habentem grauitatem, sed ita ut eos sese fateatur esse meliores? (*I'fVe\xi*)

55. § Cum de se loquitur (*v\xi*)] Id est quando de se loquitur, non sic dicit, quasi melior sit illis poetis, 30 quos ipse reprehendit (*I'fVe\xi*)

1 id est *I'V alt. l. c\xi*] *om. vV alt. loco* 2 facetum canit *V alt. loco* 3 ideo *V alt. loco om. cett.* 4 uersum] pedem *V altero loco* 5 dimenso *\gamma c\xi*] dimerso *V dimense \xi* magno *c\xi]* *om. cett.* 19 ego melius *I'c\xi*] *om. V* 20 satyram *rvc\xi]* satiram *\gamma fV* 23 sat:] *om. c\xi* 25 ridet] deridet *\xi* derridet *c*

**56.** § 'Quid uetat', ut ego, cum lego Lucilium, quaeram, utrum natura sua negauit ei compositos uersus facere an natura rerum, de quibus scripsit? Aliter: quid prohibet quaerere, utrum ingenio an natura duriores uersus fecerit, an operis necessitate? (*I' f Vc\xi*)

**58.** \*Euntis (*c\xi*)] Mire, quia pedibus currunt uersiculi (*I' c\xi*)

\*Eentes uersus dicuntur, qui leniter fluunt, qui non sunt asperi (*I' c\xi*)

**60.** \*Hoc tantum c. (*v*)] Siquis inuenitur, qui contentus est qualescumque uersus facere, dummodo plures faciat, concedo politum esse Lucilium, qui asper fuit (*I' fc\xi*)

**61. 62.** <Etrusci> quale fuit Cassi (*v*)] Quia Parma Etruriae est ciuitas. Cassius uero Parmensis fuit, qui multos scribebat uersus. Cuius post mortem decreuit senatus, ut libri eius cum corpore incenderentur, quia nullius momenti erant (*I' f V*)

**62.** § Rapido f. anni (*leg. amni*) (*c*)] Malum poetam rapido amni comparat, qui multos uersus in paruo momento conscripserat nullius utilitatis; ideo postea mortuus ipse cum libris combustus est (*I' Vc\xi*)

**65.** \*Limatiōr (*vc\xi*)] Politior, emendatiōr (*I' c\xi*)

**66.** § Et Gr<a>ecis intacti (*v*)] Qui primus satyram Gr<a>ecis uersibus exametris scribendo etiam Gr<a>ecorum auctor huius operis est. Antea enim soli comicī mores suorum carpebant apud Gr<a>ecos (*I' f Vc\xi*)

§ Idest et quamuis Gr<a>eca carmina Lucilius Latinis primus admiscuerit, quod superius (*u. 20—24*) deprehendit (*I' Vc\xi*)

2 negauit *codd.*] negauerit *Pauly* 4 fecerit uersus *c\xi*  
20 qui multos — combustus est] qui multa purgamenta secum  
trahit *I'* 22 ipse *V*] *om. c\xi* est *V*] fuit *c\xi* 23 em:]  
et emendatiōr *c\xi* 24 (satyram *rv Vc\xi*) 29 deprehendit  
*I' Vc\xi*] reprehendit temere edit.

Quia dicuntur Gr<α>eci satyram non ueram scripsisse,  
sed mixtam cum tragoedia (*rνV*)

67. 68. § Sed ille s. f. (*v*)] Si hoc tempore natus  
fuisset Lucilius, multa sibi detraheret, multa adderet, ut  
5 se aptaret auribus audientium, quia modo student homines  
uersuum lenitati (*I'fVcξ*)

71. § Per hoc ait illum incuriose scripsisse. Hinc  
Persius (1, 106):

Nec pluteum caedit, nec demorsos sapit unguis

10 (*I'fVcξ cons. Porph.*)

72. \*S<α>epe stilum u. (*v*)] Vt deleas et emen-  
des (*I'E*)

73. § <Neque> te ut miretur turba <labores> (*c*)]  
Idest noli laborare, ut placeas multis, sed paucis et doctis  
15 esto contentus (*I'fVcξ*)

75. § An tua demens (*v*)] An malis placere pluribus  
quam melioribus, ut etiam librarii dictent carmina tua?  
(*I'fVcξ*)

77. § Arbuscula quaedam mima fuit, quae cum si-  
20 bilo ulgi eiceretur e theatro, placeret autem paucis  
equitibus, dixit: contenta sum his prudentibus, quamuis  
pauci uideantur esse fautores. Aliter: Arbuscula quaedam  
mima fuit, quae placebat bonis potius quam plurimis.  
Haec aliquando explosa a populo dixit hoc: equitum Ro-  
25 manorum plausu contenta sum; consolabatur autem se  
his uerbis, quae leguntur (*I'fVcξ cf. Porph.*)

78. Viscorum (*vcξ*)] Visci duo fratres fuerunt,  
optimi poetae; alii criticos dicunt (*I'fV*)

§ [Aliter: hii] fratres fuerunt. Pater eorum Vibius  
30 Viscus, quamuis et diuiniis et amicitia Augusti usus esset,

1 (satyram <i>rν</i> )	2 mixtam cum tr: <i>rν</i> ] metā tragoe- diam <i>V</i>
5 audientium <i>I'fVξ</i> ]	6 lenitati <i>r</i> audientum <i>c</i>
lenitate <i>c</i> leuitati <i>γfνV-eξ</i>	7 per — hinc] om. <i>c</i> hinc]
om. etiam <i>ξ</i>	om. <i>c</i>
9 (unguis <i>vcξ</i> Porph.)	16 an — pluribus] om.
<i>Vcξ</i>	<i>I'fV</i>
19 cum — 23 quae] om. propter homoeoteleuton <i>cξ</i>	
29 aliter hii] om. <i>cξ</i>	hi <i>rνV</i>
	<i>γf</i> ]

tamen in equestri ordine perdurauit, cum filios suos senatores fecisset ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

84. § Te dicere possum ( $c\xi$ )] Possum dicere, quod etiam tibi studeo placere. Id est sine assentatione hoc dico: uolo, ut et tibi placeant poemata mea, o Pollio 5 ( $\Gamma' Vc\xi$ )

§ Ac si diceret: ab his me magis uolo probari, quam a superioribus ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

85. \*  
[Fratre] Publicola ( $\Gamma$ )

86. \*Furni ( $v$ )] Hic historiarum elegantia claruit ( $\Gamma'E$  10)

88. § Prudens ( $vc\xi$ )] Quia omnes enumerare non possum, ne multorum enumeratio sit thaediosa ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

90. § Demetri t. ( $vc$ )] Hii modulatores fuerunt et puellas docuerunt [ingenuas] per modos ( $\Gamma' Vc\xi$ )

91. Discipularum ( $v$ )] Id est ingenuarum ( $\Gamma' f V$  15)

\*In scola mimarum (*gloss. GE*)

§ Quia hoc tempore maximum earum studium fuit affectandi lyricam disciplinam ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

92. § I puer ( $c\xi$ )] Videtur hoc carmen scedion esse, id est ad tempus inuentum, non aliqua ordinatione com- 20 positum, dicendo:

I puer, atque meo citus haec subscribe libello ( $r\nu Vc\xi$ )

I puer ( $v$ )] Vult uideri Horatius ex tempore sibi uenisse in mentem hos uersus, dicendo:

I puer, et hos uersus adde libello meo ( $\Gamma' f V cons. P.$  25

Ostendit se superiores uersus dixisse ex tempore ( $r\nu V$ )

5 et  $\Gamma'$  om.  $Vc\xi$  poemata] carmina  $c\xi$  12 fasti-  
diosa  $c\xi$  13 hii  $V$ ] hi cett. fuerunt  $yc\xi$ ] fuerant  $r\nu V$   
14 doc: puellas  $c\xi$  docuerunt  $yc\xi$ ] docuerant  $r\nu V$  inge-  
nuas om.  $Vc\xi$ , uid. schol. sequens 19 σχέδιον edit. 22 atque  
— libello] et reliqua  $c\xi$  26 uersus  $r$ ] duos uersus  $rV$

## SERMONVM LIBER II.

### SERM. 1

1. § Sunt quibus in satyra uidear nimis acer (*c cons.ξ*)]

Eglogae haec nomina habent: si ad Iouem, hymni; si  
5 ad Apollinem aut Dianam aut Latonam, peanes; si ad  
Liberum aut Semelen, dityrambi; si ad ceteros deos, pros-  
odia; si ad homines, laudes aut uituperationes aut luctus  
aut aliquid tale (*Γbf Vcξ*; *in b paene omnia abscisa*)

\*Ad Trebatium quendam iuris peritum scribit et  
10 consultit, quidnam faciat, quoniam quibusdam acre nimis  
uidetur opus suum, aliis remissum (*Γ'f*)

<*Nimis acer*>] Scilicet quam oportet me inuehi (*ΓV*)

§ Vltra legem (*γνV*)] Idest ultra quam opus est,  
ultra quam se ratio habet ipsius uocabuli; et mire 'legem',  
15 quia iuris perito loquebatur (*Γ'f Vcξ*)

2. § Sine neruis (*v*)] Alii autem nullius momenti  
et nimis lenem dicunt satyram meam. Alii dicunt sine  
neruis esse, quod scripsi, idest sine uiribus ingenii (*Γ'f Vcξ*)

5. \*Prescribe (*cξ*)] Idest constitue quasi ex lege  
20 quid debo facere, quia quidam me reprehendunt (*Γ'fcξ*)

7. 8. § Ter uncti T. (*cξ*)] Sensus hic est: qui dor-  
mire non possunt facile, ter Tiberim transnatent et fatigati

6 dityrambi *Γ*] dydrambi *c* ditirambi *fξ* dydrambi *V*  
7 aut luctus — tale] *om. cξ* 13 quam habet ratio *cξ*  
16 autem *Γ'f V*] *om. cξ* 17 lenem] acrem *cξ* satyram *vξ*  
satiram *Γf Vc* 20 quid *cξ*] quod cett. debo facere] faciam *cξ*

multis se potionibus compleant, quo facilius his somnus accedat (*I'fEVcξ*)

Dicit autem uel hoc melius esse, quam quemquam periculo laccessere (*I'fV*)

Trebatius ait: qui uolunt multum dormire, uncti ter 5 natent Tiberim et multum bibant (*I'fV*)

**9.** § Sub noctem (*cξ*)] Prope noctem, sero aduentante nocte, idest uespera (*I'fVcξ*)

**⟨Habento⟩]** Iuris uerba inducit loquente Trebatio, sicut Virgilii (*Aen. IIII 624. VI 153*): 10

Sunto.

Hoc autem assidue iuris consulti (*I'fV*)

**10. 11.** \*Aude C⟨a⟩esaris i. r. d. (*c*)] Quasi difficile sit, quasi uix possit impleri (*I'fcξ*)

**14.** \*Fracta cuspide (*v*)] Quia uulneratus est hostis; 15 ut (*Verg. Aen. VIII 412. 413*):

Et uenit aduersi in tergum Sulmonis ibique  
Frangitur (*I' cons. Porph.*)

**16.** § Attamen et iustum (*v*)] Idest si res bellicas eius non poteras describere, attamen iustitiam et fortitudinem animi laudare poteras, sicut Scipionis a Lucilio uita laudata est (*I'fVcξ cons. Porph.*)

**17.** § Scipiadam (*c*)] Qui Hannibalem reuocatum ex Italia uicit et Africanus est dictus (*I'fVcξ*)

§ Haud mihi deero (*v*)] Idest faciam, scribam de 25 eius fortitudine atque iustitia, cum oportunitas et tempus fuerit. Non sibi deest is, qui facit, quod sibi opus est et quod oportet (*I'fEVcξ*)

**18.** § Cum res ipsa feret (*v*)] Inuenta oportunitate. Ordo: non ibunt nisi dextro tempore, idest oportuno Flacci 30 uerba (*I' Vcξ*)

7 aduentante] adueniente *cξ* 8 uespera] aduesperascente  
(au: *ξ*] *cξ* 12 autem] ē (*ortum ex autē*) *V* 20 scribam *c*  
24 et *γcξ*] *om. rfV* est dictus *rfV*] dictus est *γcξ*  
25 idest — iustitia] *om. cξ* 28 oportet] oportet mea. *V*

**19.** § Non ibunt (*v*)] Id est non audient. Dicit de Augusto, qui falsas blanditias non admittat et sit eruditus (*I'fVc\xi*)

**20.** § Si palpere (*v*)] Assentari, et hic 'palpere'  
5 quasi a uerbo deponenti dixit, cum sit actiuum (*I'fVc\xi*)  
Recalcitrat (*v*)] Cui si inaniter adulteris, respuit et renuit. Translatio ab equis (*I'fV*)

§ Est autem sensus: si quis Caesarem facta adulatione adgrediatur, repugnat et respuit nec se decipi patitur; 10 tutus undique, qui ne blanditiis quidem capiatur (*I'fVc\xi*)

§ Vndiq. tutus (*v*)] Quia ualde tutus est Caesar in omnibus rebus, ideo non delectatur falsis laudibus, id est non potest deludi (*I'fVc\xi*)

Aliter: id est in omnibus rebus cautus est, qui non 15 possit derideri (*I'fV*)

**21.** § Quam t. l. u. (*c*)] Quam satyram uelle scribere; satyrico carmine (*I'Vc\xi*)

**22.** \*Pantolabum s. (*v*) < Nomentanumque n. >] Nomina luxuriosorum, quos in priore libro (*Hor. serm. I 8, 11*), 20 etiam [Lucilius] carpsit (*I'*)

**23.** Exemplo nos terreri significat, etiam si non laedamur; nam quae in alios uidemus fieri, in nos futura credimus (*I'fV*)

Cum unus quisque timet sibi, tamen odit te, etiamsi 25 non fuerit laceratus (*r\nu V*)

§ Quamquam est intactus (*v*)] Quamuis nihil de eo dicis, tamen metuit te quasi satyricum et odit quasi male-dicum (*I'Vc\xi*)

4 hoc *V* hic *cett.*      palpere *c*] palpare *\xi* om. *I'fV*  
9 adgrediatur *r*] adgreditur *\gamma* ac grediatur *V* aggrediatur *\nu f*  
agrediatur *c\xi*      nec se decipi patitur *r\nu f*] nec decipi se patitur *V* nec de se dici patitur *\gamma* nec decipit se *c* se *\xi* (om. *certis*)      10 ne *\gamma fV\xi*] nec *r\nu c*      14 aliter] om. *\nu V*      est  
cautus *V*      16 satyram *r\nu c\xi*] satiram *\gamma V*      scribere *c\xi*]  
describere *cett.*      17 satyrico *\xi*] satir: *cett.*      20 Lucilius  
codd. licentius *Hauthal Horatius C. F. Hermann et Lersch, del.*  
*Gerlach, Lucil.*      23 credimus *r*] credemus *cett.*      27 satyri-  
cum *r\nu c\xi*] satir: *\gamma V*

Idest cum timet aliquis flagitosus propter conscientiam suam, ne de eo aliquid dicas, etiam si taces, odit te ( $\Gamma' f V$ )

**24.** § Quid faciam saltat M. ( $c\xi$ )] Quid faciam? Vitium habeo, ut multi habent; nam Milonius scurra, si 5 ebrius fuerit, saltare non desinit (*cons. Porph.*). Similiter et ego hominum commissa tacere non possum ( $\Gamma' f V c\xi$ )

Milonium ait ebrietate dissolui, ut contra decus saltet et plures ex una lucerna ei uideantur ( $\Gamma' f V$ )

**25.** § Numerusque l. ( $v$ )] Idest opinione ebrii accedit numerus lucernarum, quia, qui ebrius fit, non unam putat se uidere lucernam, nec unam lunam arbitratur aspicere ( $\Gamma' f V c\xi$ )

\*Iuuenal is (6, 305):

15

Et geminis exurgit mensa lucernis ( $\Gamma'$ )

**26.** Castor quoque et Pollux ex uno ovo nati diversa studia habent ( $\Gamma' V$ )

**27.** § Quot c. u. ( $c\xi$ )] Terentianum illud (*Phorm. II 4, 14*):

20

Quot homines, tot sententiae: suus cuique mos

(*sim. Porph.*)

Singuli homines singula studia habent ( $\Gamma' V c\xi$ )

**29.** \*Melioris utroque ( $v$ )] Hoc est: qui melior fuit et me et te, o Trebati, uita sua, idest censu et natalibus me antecedit; fuit enim ualde nobilis Lucilius, utpote qui 25 esset Magni Pompei auus ( $\Gamma'$ )

**30.** § *(Ille u. f.)*] Hoc Lucilius ex Anacreonte Graeco traxit et Alc $\langle a \rangle$ eo lyricis, quos ait Aristoxenus (*fr. 52 = hist. Gr. fr. uol. II p. 285 C. Müller*) libris propriis uice amicorum usos esse ( $\Gamma' f V c\xi$  *cons. Porph.*) 30

13 aspicere  $\gamma f v c\xi$ ] se inspicere r perspicere  $V$  20 mos]  
mos est c cons.  $\xi$  27 uelud fidis  $v$  28 aristoxenus] aristophanes  $c\xi$

§ Dicitur enim suam uitam scripsisse in opere suo  
et non sibi pepercisse ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

32. § Quo fit ( $v c \xi$ )] Vnde fit, ut ita lucida sit uita  
ipsius, quemadmodum ex uoto imago aut in templo aut in  
5 publico posita indicet, quicquid est pictum ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

§ Ordo: fit ut omnis pateat uita senis ueluti [in]  
uotiua tabella descripta, quoniam solent naufragi se pin-  
gere et consecrare in aliqua aede ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

33. § Votiua dicitur tabula, quae ponitur in publico,  
10 in qua scribitur uita boni ciuis decernente ciuitate  
( $\Gamma' f Vc\xi$ )

§  $\langle$ De $\rangle$ scripta  $\langle$ tabella $\rangle$  ( $v$ )] Id est pieta in tabella,  
ut naufragi solent tabulam portare depictam ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

34. § Lucanus an Apulus anceps ( $\xi$ )] Quia Venusium  
15 oppidum confinio Lucaniae et Apuliae positum est (*sim. Porph.*), quae ciuitas habitatur a Romanis colonis, missis  
eo ob eam rem, ut, siue Apuli siue Lucani bellum mo-  
uerent, prohiberentur ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

35. \*Sub utrumque ( $v$ )] Iuxta utrumque ut 'sub  
20 lucem' pro 'iuxta lucem' ( $\Gamma'$ )

§ Id est ad hoc oppidum missus erat colonus eo tem-  
pore, quo a Romanis Sabini sunt uicti ( $\Gamma'(rfv) Vc\xi$ )

§ Anceps ( $v$ )] De se ipso ait: utrum sim Lucanus  
an Apulus. Venusium enim oppidum est, ubi natus est  
25 Horatius ( $\Gamma' Vc\xi$ )

35—39. [Venusinus populus olim Romanus fuit, sed  
modo nomen trahit a ciuitate uel oppido, ad hoc missus  
ut rebellem Apuliam uel Lucaniam incurrere Romanis  
uetaret ( $Vc\xi$ )

1 enim] *om. fV*      4 prius aut *om. c\xi*      5 indicet *r vf*  
 iudicet  $\gamma$  uidelicet  $Vc\xi$       6 ordo] aliter ordo  $V$       fit] quo fit  $c\xi$   
 in  $c\xi$  *om. cett.*      10 ciuis  $\Gamma'$ ] cuius  $V$  cuiusque  $f c\xi$       13 tabu-  
 lam  $\Gamma' f Vc\xi$ ] tabellam  $v$       15 confinio] in conf:  $c\xi$  infinio  $f$   
 21 id est  $r vf V$ ] *om. \Gamma c*      22 uicti] deuicti  $r$       24 uenusi-  
 num  $v c\xi$       26 fuit] *om. V*      27 ad hoc] *om. c\xi*

37. § Quo ne p. u. (*c\xi*)] Vt ne per uacantem locum Sabellis expulsis peruium iter esset Lucanis ad Romanos (*\Gamma' Vc\xi*)

39. § Sed hic stilus (*v*) ultro (*\Gamma'*)] Ego neminem ultro lacesso, sed ita utor lingua mea ut gladio, magis 5 ad tutandum me quam alium lacesendum (*\Gamma' Vc\xi*)

40. \*Animantem (*v*)] Viuum hominem habentem animam (*\Gamma'*)

42. \*O pater (*v*)] Optantis est, ut quoque (*Verg. Aen X* 631. 632): 10

Vt o potius formidine falsa  
Ludar (*\Gamma'*)

43. Telum (*v*)] Stilum suum dixit, idest ut non sit causa, cur utar hoc stilo (*\Gamma' V*)

47. \*Ceruius Ascanius libertus accusauit Lucilium 15 Caluium (*\Gamma'*)

*<ceruius>*] Hic accusator quidam fuit et calumniator uel causidicus (*r\nu V*)

Nam unusquisque hac re minatur, qua ualet (*\Gamma' V*)

Et urnam (*\xi*)] In qua sortiebantur iudicium (*Vc\xi* 20)

§ Et urnam (*v*)] Quia eiciebantur iudices, ex quibus fiebat reiectio (*\Gamma' Vc\xi*)

*& <vrnam>*] Idest mortem (*\Gamma' Vc\xi*)

48. \*Canidia Albu. (*v*)] Deest filia, ut Virgilii (*Aen. VI* 36): 25

Deiphoebe (*leg. Deiphobe*) Glauci;

alii uxorem dicunt (*\Gamma' c\xi*)

\*Canidia (*c\xi*)] Pro Gratidia (*\Gamma c\xi*)

\*Albucius quidam ueneficus, matris extintor (*\Gamma' sim. Porph.*) 30

17 hic *r*] *om. v V* 20 in qua — iudicium *Vc\xi*] *om. \Gamma'*  
 21 quia *Vc\xi*] qui *v* qua *\Gamma* iaciebantur *v* eiciebantur *cett.*  
*reiciebantur Hauthal* 23 *ante* idest *Vc exhib.* iudicium, *\xi* uidi  
 24 ut *uirg:* — *Vt quo (u. 50)*] ut, *reliquis propter homoeoteleuton*  
*omissis* ut] *om. \gamma* 26 deiphoebe *v* deiphebe *\Gamma*

49. \*Turius quidam corruptissimus iudex hic est, cui <H>ortensius propter fratrem Varronem ceratas diuersi coloris tabellas dedit (*ex Porph.*). Aliter: Turium Marinum iudicem significat, qui accepta pecunia secundum eos 5 pronuntiare sit solitus, qui fidem suam corruerint. Hic quoque tempore Verris reus erat et ut sciret, qui secundum uoluntatem suam iudicasset, quia nomina sua centumuiri non adiciunt, diuersi coloris tabulas fertur dedisse. Aliter: Turius, qui solebat iudicare, hoc dicit: si me iu 10 dicante ad iudicium uenerit inimicus meus, dampnabitur ( $\Gamma'$ )

50. § Vt quo ( $\nu c \xi$ )] Idest quomodo unusquisque hac re terreat inimicos suos, in qua re ualet, et quomodo hoc imperet natura, cognosce ( $\Gamma' f Vc \xi$ )

52. 53. Intus (inter  $V$ ) monstratum ( $\nu V$ )] Est a naturali sensu institutum ( $\Gamma' f V$ )

53. 54. § Vnde nisi intus ( $\xi$ )] Ostendit natura unumquemque ea minari inimicis, quae possit perficere ( $\Gamma' Vc \xi$ )

20 § Scaeua quidam luxuriosus dicebatur fuisse et pronus ad artes magicas. Is habuit matrem anum, quae est aetas luxuriosis molesta ( $\Gamma' f E Vc \xi$ )

§ Crede ( $\nu \xi$ )] Committe huic uiuacem matrem et non faciet aliquid ista dextera, sed ueneno utetur pia dextera, 25 idest non eam perimet gladio ( $\Gamma' f Vc \xi$ )

54. § Mirum ( $\nu c \xi$ )] Idest miraris, quia dixi: non

1 totum schol. de Turio suspectum habet Pauly      2 ortensius  $\gamma \nu$  arcensius  $r$       6 reus uerris codd. uerris reus *edit.*  
 8 diuersi — dedisse *ante* et ut *pon.* codd., *huc transpositum K.*  
 tabulas  $\Gamma$  et *Porph.*] tabellas  $\nu$       14 imperet  $c$ ] imperat  $\Gamma' f V \xi$   
 natura cognosce  $\Gamma' f$ ] cognosce  $\nu$  cognosce natura  $V$  cognoscens  
 natura  $c \xi$  cognosce ex natura *edit.*      15 est  $\Gamma V$ ] om.  $\nu f$   
 16 sensu *edit.*] censu codd.      20 sceua  $E$ ] sceua  $\gamma \nu c$  seuia  $r V \xi$   
 scena  $f$       quidem  $c \xi$       lux: dic:  $\nu E Vc \xi$ ] dic: lux:  $\Gamma f$   
 23 comm: idest  $c: \xi$  cons.  $c$       24 ista dextera] ista dextra  $\nu$   
 pia dextera  $c \xi$       sed — dextera] om.  $\nu$       sed] si  $c \xi$       pia dex-  
 tera] *hic om.  $\nu c \xi$*       26 idest] om.  $c \xi$       non miraris  $r$

utitur dextera sua ad occidendum matrem; noli mirari, nam eam occidit ueneno ( $\Gamma' Vc\xi$ )

**56.** § Vitiato ( $\gamma\xi$ )] Corrupto; quia unaquaeque res alterius permixtione corrumpitur ( $\Gamma' Vc\xi$ )

§ Idest melle ueneno corrupto eam poterit enecare 5 ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

**60.** § Quisquis erit uitae color ( $\xi$ )] Idest quicumque me uitae exitus manet, siue diu uiuere liceat, siue cito necesse sit deperire, siue pauper, siue diues, utrum Romae an exul futurus, tamen scribere non desistam ( $\Gamma' f Vc\xi$ ) 10

§ O puer ut sis ( $\xi$ )] Idest o Horati, ne non sis uitalis metuo, idest ne cito pereas metuo; nam potest te quicumque maiorum a te laccessitus occidere ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

**62.** \*Frigore te feriat ( $\xi$ )] Morte te afficiat, quae frigida est, ut poeta (*Verg. Aen. IIII* 385): 15

Frigida mors ( $\Gamma' fc\xi$ )

§ Quid cum est L. ( $c\xi$ )] Idest quid passus est Lu-  
cilius, cum in multos dixisset principes ciuitatis? ( $\Gamma' f EVc$ ;  
*textus scholii eredit in  $\xi$ , non lemma*)

**64.** Detrahere pellem, hoc est: unumquemque super- 20  
ficie ipsa nudare, ut uitia detecta elucerent, quamuis aliquo uelamine celarentur ( $\Gamma' f V$ )

Idest quia pelle ille, qui uitiis latebat, nitidus in-  
cedebat per conspectum omnium ut bonus ciuis ( $\Gamma' V$ )

**65.** **66.** § Qui ( $c\xi$ ) duxit nomen ( $v$ )] Africanum 25  
Scipionem dixit, qui Africam funditus Numantiamque de-  
leuit, unde postea Numantinus est dictus ( $\Gamma' (rfv) Vc\xi$ )

**67.** Ingenio o. ( $c\xi$ )] Idest laesi uel irati sunt illi  
duo duces idcirco, quod Lucilius carpsit Metellum et Lupum  
ceterosque principes uiros Rom $\langle a \rangle$ e ( $Vc\xi$ ) 30

\*Lupus princeps senatus fuit ( $\Gamma' f$ )

10 futurus] fuero  $c\xi$       14 idest morte  $c\xi$       te  $rfc\xi$ ]  
*om.  $\gamma v$*       17 idest  $rfV$ ] *om.  $\gamma v E c\xi$*       24 bonus ciuis] bonus  
 et iustus  $V$ , *schol. om. c\xi      28 idest — sunt] *om. V*      29 et]  
*om. c, lacuna in  $\xi$*       30 ceterosque  $V$ ] et cet:  $c\xi$       uiros  $V$ ] urbis  $c\xi$*

\*⟨Metello⟩] Macedonici filio (*IE*

70. \*Atque eius a. (c)] Scipioni et Lelio (*I'c om. ξ*

§ Ostendit non maliuolentia Lucilium persecutum fuisse  
multos, sed amore uirtutis (*I'f Vcξ*

5 71. \*Remorant (*v*)] Pro remouerant, sicut Terentius  
(*Phorm. I 2, 51*):

Commorat omnes ibi nos (*rν*

72. \*C⟨a⟩ecilius Metellus consularis; hic filios con-  
sulares uidit et ab ipsis elatus est; potens fuit temporibus  
10 Scipionis Africani, et cum in seditione quaedam aduersum  
se facta clamaret, Scipio ait: hi sunt, quos Hannibali  
eripui; patere ergo, inquit, nos liberos esse. Ob quod  
et alia Lucilius eum in gratiam Scipionis carpsit, quamuis  
amicum ipsius (*I'f*

15 Scipio Africanus fertur intra domum tam ciuilis  
fuisse et carus Lucilio, ut quodam tempore Laelius circa  
lectos triclinii fugienti superuenerit, cum eum Lucilius  
obtorta mappa quasi feriturus sequeretur (*I'f V*

74. \*Donec d. h. (c)] Donec prandium pararetur  
20 (*I' E c om. ξ*

75. \*‘Censum’ ideo, quoniam fertur Lucilius auun-  
culus fuisse Pompei Magni; merito ergo et diues fuit  
(*I'f cons. Porph.*

76. § Cum magnis (c)] Quia dixi me uixisse cum  
25 optimis, idest cum Augusto, cum Pollione, cum M⟨a⟩ece-  
nate et aliis (*I' V cons. cξ*

77. § Et fragili quaerens i. d. o. s. (ξ)] Idest putans  
fragilem se inuenire, quem mordeat, inueniet durum ac  
solidum; μεταφορά: non inueniet, quod iuste lacerare pos-  
30 sit (*I' Vcξ*

3 persecutum *f* 8 consularis *γν*] *om. rf* 11 ii *f*

19 paretur *c* 21 quoniam] *quia γ* 25 cum *ante augusto γν*]  
*om. rVcξ* 28 fragilem] *om. cξ* quē *ν*] *quod ΓVcξ*

29 μεταφορά *r om. cξ* metaphora *V* metafora *cett.* quod *rcξ*  
qui *γνV* lazerare *V* possit *rc*] non possit *γνVξ*

Qu<ā>erens ( $\nu$ )] Id est uolens inuidia fragilem laedere inueniet me solidum. Aliter: inueniet me talem, qui possum resistere mordacibus et maledicis hominibus ( $\Gamma' f V$ )

\*Offendet] Inpinget in solidum, id est in solidum me atque fortē incurret ( $\Gamma'$ ) 5

79. \*Diffingere ( $\nu \xi$ )] Infirmare, contradicere, et hoc Trebatius respondit; iuris uerbo usus est. Praetor enim solebat dicere: hic dies diffisus esto. Aliter: id est consentio tibi hoc, quod fortis es, sed tamen caue ut monitus, ne ignorans leges uenias in crimen ( $\Gamma' f$ ) 10

81. Quid sanctarum ( $\nu$ )] Participium est sanctarum id est firmatarum ab eo, quod est sancior. Si autem nomen est: quae non debent uiolari ( $\Gamma' V$ )

82. § Si mala cond. ( $\nu \xi$ )] Trebatius mala quasi crimosa dixit, Horatius quasi uitiosa ( $\Gamma' Vc\xi$ ) 15

86. § Soluentur ( $\nu c\xi$ )] Id est ridebunt legum XII tabulae. Tu ueniam merebere a iudicibus, si quemquam ipse extra noxam positus iure laceraret ( $r\nu Vc\xi$ )

## SERM. 2

1. § Qu<ā>e uirtus et quanta ( $c\ cons.\xi$ )] Ofellus 20 dicitur poeta Latinus sectam Stoicam transtulisse in Latinitatem ( $\Gamma' Vc\xi$ )

§ Ordo: quae uirtus sit paruo uiuere discite ( $\Gamma' Vc\xi$ )

2. § Nec meus est sermo ( $\nu$ )] In hoc sermone sub persona Otelli cuiusdam Stoici lacerat luxuriosos ( $r\nu Vc\xi$  25 ex Porph.)

4 offendit  $\nu$  id est — solid:] om.  $\nu$  5 incurret  $\gamma$ ] incurrit  $r\ om.$   $\nu$  6 contradicere] etiam  $c$ , cetera om.,  $\xi$  omnia om. 18 noxam  $V\xi$ ] noxiā  $r\nu c$  possis iure lacerare  $c\xi$  22 latinam  $V$  latinum  $c\xi$  . 25 lazerat  $V$

3. § 'Rusticus' aut nomen est proprium aut rusticus idest durus, quia dicunt Stoici nullo peccato debere ignosci ( $\Gamma' f Vc \xi$ )

§ Abnormis sapiens ( $\nu$ )] Ultra normam philosophiae 5 peritus ( $\Gamma' f Vc \xi$ )

§ Crassaque M. (c)] 'Crassa Minerua' dicuntur hii, qui ingrediuntur, quod nequeunt implere; ideo et iste sic dictus est, quia sectam Stoicam ingressus implere non potuit ( $\Gamma' f E Vc \xi$ )

10 4. Discite ( $\nu$ )] Id est: nolite inter epulas de mediocritatis bono disserere ( $\Gamma' V$ )

7. § Inpransi ( $\nu$ )] Ieiuni, sobrii, ut alibi ipse (serm. II 3, 257):

Postquam est inpransi correptus uoce magistri

15 ( $\Gamma' f Vc \xi$ )

\*Mecum disquirite ( $\xi$ )] Id est apud me discite ( $\Gamma' c \xi$ )

8. Dicam si potero ( $\nu$ )] Id est quare hoc dico? ut inpransi de uirtute discatis, dicam, si potero ( $\Gamma' f V$ )

\*'Male examinat' aut 'male uerum' id est non uerum, 20 ut (*Verg. Aen. IIII* 8):

Male sana.

'Male examinat' id est non potest de sapientiae bono nequitiam iudicare ( $\Gamma' (\gamma f \nu)$ )

§ Male uerum examinat omnis ( $\xi$ )] Sicut omnis iudex 25 male iudicat, qui est corruptus, ita et mens corrupta multo cibo uerum non potest iudicare. Corruptus iudex recte iudicare non potest: sic et animus non potest bene discernere cibo inpeditus ( $\Gamma' f Vc \xi$ )

9. Modo dicit: quomodo possis paruo esse contentus, 30 id est lassus equo aut uenatione aut pugna aut quibusdam

2 nullo] nulli  $c \xi$  ullo  $f$       6 hii  $\gamma f$ ] hi *cett.*      24 sicut edit.] si  $\Gamma' Vc$  om.  $\xi$       26 multo cibo] cibum  $Vc \xi$       27 recte] ut recte  $c \xi$       28 inp:  $\gamma$ ] imp.: *cett.*

[aliis] exercitationibus sperne qualemcumque cibum, si possis ( $\Gamma' f V$ )

\*Docere uult suauitatem ciborum ex labore prouenire, etsi cibus fuerit uilior ( $\Gamma'$ )

**11.** \*Gr<a>ecari ( $\nu c$ )] Iocari, ludere [quasi a Graecis haec sint inuenta, et est uerbum deponens. Aliter: Graecari ut (*Plaut. Men. prol. 11*):

Graecissat,

quasi lusus Graecorum sit ac per hoc ludere seque auocare, conuiuiis operam dare] ( $\Gamma' f c \xi$ ) 10

§ Molliter austерum ( $\nu$ )] Idest seu te pila aut discus delectat studio suo, quo paulatim nimium laborem decipit, uideamus, si post exercitationem copiosum cibum expe[c]tas ( $\Gamma' f V c \xi$ )

[Tunc uideamus, si post nimium laborem copiosum cibum desiderabis ( $V$ )

**13.** § Pete ( $c \xi$ )] Idest iacta in aerem discum, qui cedit omnibus iactatis ( $\Gamma' f V c \xi$ )

§ Cedentem aera ( $\nu V c$ )] Ideo ait, quoniam aer leuis et concavus facile cedit grauiori materiae ( $\Gamma' f E V c \xi$ ) 20

**15.** \*Perifrasticos conditum dicit ( $\Gamma' f E$ )

**16.** \*Promus ( $\nu$ )] A promendo; qui cellario praeest: cellarius scilicet ( $\Gamma' E$ )

**18.** \*Latrantem ( $\nu c$ )] Esurientem (*item Porph.*), nimia fame atidum cibi ( $\Gamma' E c \xi$ ) 25

**19.** \**<Qui>* partum ( $\nu$ )] Quomodo inuentum? ( $\Gamma' E$ )

**20.** § Tu pulmentaria ( $\nu$ )] Idest tu post laborem pete qualemcumque cibum; nam uitiosum hominem et

1 aliis  $\Gamma$  om.  $\nu f V$  5 iocari — dare] grece (*grece c*)  
 iocari ludere  $c \xi$  6 est  $\gamma f$ ] hoc  $\nu$  13 exspectas  $rV$  ex-  
 pectas *cett. expetas edit.* 17 pete  $c \xi$ ] aliter  $\Gamma' f V$ , *ubi hoc*  
*schol. post sequens positum est* 23 collararius  $\nu$  cellararius  $\Gamma$   
*om. E* scilicet  $\nu$  si diceret  $\Gamma$  om.  $E$  24 esurientem]  
*om. E* 27 post 1:] cum labore  $c \xi$  28 pete] petes  $Vc$   
 petet  $\xi$  qualemcumque] quemcumque (quecunque *c* quenc:  $\xi$ )  
 $Vc \xi$

senicio debilitatum nullae poterunt delectare deliciae  
(Γ' f Vc ξ)

\*A Socrate diu deambulante quaesitum est: 'cur ita?'

Ait se pulmentaria quaerere (Γ' cf. P. et Xen. mem. I 3, 5

5 21. \*Album scilicet nimietate palloris; et hoc propter nimios cibos s<a>pe contingit, ut Persius (3, 98):

Atque albo uentre lauatur (Γ'

22. § 'Lagois' aus est (cons. Porph.), quae leporis carnem habere perhibetur, aut est genus piscis, quod in 10 mari Italo non inuenitur (Γ' f E Vc ξ)

23. \*Vix tamen e. (ν)] Idest quamuis potest hominem delectare quiuis cibus post laborem, tamen positis istis duabus speciebus non tibi possum persuadere, quominus edas gallinam et dimittas pauonem (Γ'

15 25. \*⟨Veneat⟩] Venundetur (Γf

26. § Spectacula (ν)] Ideo delectaris pauone, quia mirando habet spectacula in cauda sua (Γ' f E Vc ξ)

29. § Carne tam<en> quiuis (leg. quamuis) (ν)] Hoc interrogative (Γ' Vc ξ)

20 § Sensus: quamuis enim hoc carne distet, magis tamen illam te petere inparibus formis deceptum? (Γ' Vc ξ  
cons. Porph.

Esto (ν V)] Idest concedamus (Γ' V

30. Si te inuitat nouitas, cur similitudo sordet?

25 (γ ν V

31. § Vnde datum sentis (ν ξ)] Ex qua conscientia nosti, quia iste lupus marinus est potius quam fluinalis?

1 senitio γ ν sengnitio f sencio V senio r sensu c sensum ξ.  
senitio = senicio sine dubio exhib. cod. archetypus librorum  
Γ' f V, uide stud. Vindob. 1901 p. 112; sed nescio an praferas  
lectionem codicis c 5 hoc] om. γ 8 (lagois ν Vc ξ)  
aus est] aut V autem c ξ quale] om. c ξ que γ VE 9 quod  
— inuenitur] om. E 17 mirando] admirando c miranda E  
admiranda ξ 20 hoc γ] om. ν hac r Vc ξ 21 illam] illa c ξ  
petemparib. ν te peteret V te patet c te pateat ξ inparibus γ]  
imp: r Vc ξ 23 idest] om. ν 27 marinus est potius γ] marinus  
est magis c ξ marinus est ν potius (pocius f V) marinus est rf V

Illi enim, qui subtilitate palati gloriantur, melioris saporis aiunt esse pisces illos, qui rapidiore unda exercentur, quam qui languidiore torpescunt ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

32. \*An alto c. h. (c)] Quia pisces statim, cum capiuntur, hiant ( $\Gamma' Ec\xi$ ) 5

§ Pontesne inter (c\xi)] Vnde scis, utrum inter ostia Tiberina an inter pontes eiusdem fluminis? Et est ordo: pontes inter iactatus amnis Tusci an sub ostia eiusdem fluuii ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

\*Dicuntur enim lupi esse meliores, qui aut inter 10 duos pontes capiuntur, ubi aqua concitator est, aut in ostio fluminis ( $\Gamma' f E$ )

34. \*Quem minuas (v)] Id est quem facies comedendo breuiorem ( $\Gamma' c\xi$ )

35. \*Dicit ( $\nu$ )] Decipit ( $\Gamma' E$ ) 15

§ Quo pertinet ergo (c)] Cur, inquit, magnitudinem in mullo laudas, [quam] reprehendis in lupo? Ergo in utroque hoc te delectat, quod est rarius ( $\Gamma' f Vc\xi$ )

36. \*Proceros autem, quia lupi grandem et (leg. grandes) duriorem carnem habent ( $\Gamma' c\xi$ ) 20

38. <Ieiunus rari>] Inops rari cupidus. Alii 'rare' legunt, cum in usu habeamus 'raro' ( $\Gamma' f V$ )

\*Vulgaria ( $vc\xi$ )] Visitata, quae cito inueniuntur ( $\Gamma' Ec\xi$ )

40. \*Arpyis g. d. r. (c)] Digna, quae inter epulas 25 Arpiarum ponatur ( $\Gamma' Ec\xi$ )

41. \*Pr<a>esentes Austri (v)] Quasi precibus meis fauentes, ut (*Verg. georg. I 10*):

Praesentia numina, Fauni ( $\Gamma'$ )

42. § Quamquam p. a. (c)] Corripit se, quasi frustra 30

1 palati gloriantur  $\Gamma Vc$  cons.  $\xi$ ] gloriantur  $f$  gloriantur palati  $\nu$  2 illos] om.  $\gamma$  6 ostia  $\gamma$ ] hostia  $r\nu f Vc\xi$  8 pontes inter — fluuii] per neglegentiam om.  $c\xi$  ostia  $\gamma\nu f$ ] hostia  $r V$  12 ostio  $E$ ] ostia  $\nu$  hostia  $\gamma f$  13 comedendo  $vc$ ] om.  $r$  comedendo  $\gamma\xi$ . 17 quam  $c\xi$  19 proceros autem] om.  $\Gamma'$  30 quamquam — luxuriosis] om.  $\xi$

Austros uocauerit, cum luxuriosis necesse sit suas putere delicias ( $\Gamma' f E V c \xi$ )

43. \*⟨A⟩egrum (c)] Fastidientem ( $\Gamma' E c \xi$ )

\*Sollicitat] Vexat ( $\Gamma E c \xi$ )

5 \*Plenus (v)] Aut indigestus, aut plenus deliciarum ( $\Gamma' E$ )

\*‘Rapula’ neutrum plurale est, cum sit ordo: plenus inulas mauult et rapula. Hoc rapum, huius rapi; diminutuum hoc rapulum ( $\Gamma' f$ )

10 44. § ‘Acidas inulas’ ait, non quia acida est haec herba, sed, cum coquitur, aceto conditur ( $\Gamma' f V c \xi$ )

\*Inularum genus est holerum; ‘acidas’, quoniam quasi acidum sapit ( $\Gamma'$ )

15 § Necdum omnis abacta ( $\xi$ )] Quamuis reges copiose uiuant, nondum tamen pauperum epulas excluserunt mensis suis ( $\Gamma' f V c \xi$ )

47. § Galloni p. (v)] Gallonus quidam fuit praeco, qui habebat apparatus conuiuum, quem Lucilius (fr. IIII 4 M.) etiam pulsat. Hic etiam accipenserem piscem suis conuiui[i]s exhibebat ( $\Gamma' f V c \xi$  cf. Porph.)

48. Infamem fecerat mensam (*V post schol. u. 65; cett. om.*)

\*Infamis ( $v c \xi$ )] In opinione posita, idest famosa et celebrata sermone ( $\Gamma' c \xi$ )

25 49. \*Tutus erat ( $v c$ )] Quia adhuc ignotus Romanis ( $\Gamma' E c \xi$ )

50. § Donec uos auctor docuit ( $\xi$ )] Asellius quidam praetor fuit, qui usum comedendarum ciconiarum primus inuenit. Alii Sempronium praetorem uolunt, qui post

1 putere] petere  $r V \xi$  4 sollicitet (sol: c)  $c \xi$  ueget  $c \xi$   
 10 acidias in: ait]  $om. v$  ait inulas  $c$  cons.  $\xi$  hinulas ait  $\Gamma V$   
 11 quoquitur  $V$  12 quoniam  $\Gamma$ ] quia  $v$  19 accipenserem  
 piscem  $\gamma$ ] accipiente piscem  $V$  accipiens erem  $c \xi$  accipient  
 trem pissem  $v$  aer piscem  $r$  accipensorem piscem  $f$  accipien-  
 serem Porph. 20 conuiuiis Porph.] conuiuiis codd. 27 nos  $\xi$   
 u. c 28 fuit  $\gamma v E c \xi$ ]  $om. rf V$

multa etiam ciconias docuit esui esse aptas posse uel  
(*cons. Porph.*) pullos earum. Vult autem uideri non in  
pretiosis piscibus atque conuiuiis esse iucunditatem, sed  
in concessu hominum ( $\Gamma' f E V c \xi$ )

**53.** [Sordidus)] Sordidi scilicet hominis ( $\Gamma' f V$  5  
*Cum hoc uersu nouum serm. incip. c \xi cf. Porph.*

**53. 54.** § Ofello iudice ( $\nu$ )] Ofellus cum esset  
locupletissimus et moderatam ageret uitam, subito pro-  
scriptus ferebat se parum iniquitatem sentire fortunae,  
quoniam quidem nihil illi durum in egestate pristinae 10  
consuetudinis exercitatione uideretur. Ipse est, de quo  
etiam superius dixit ( $\Gamma' f V c \xi$ )

**56.** [\*Cui canis ( $c \xi$ )] Auidienus Canis dicebatur  
( $\Gamma' E c \xi$ )

**58.** [\*Mutatum ( $\nu$ )] Deprauatum, acetum factum ( $\Gamma'$  15

**60.** [\*Ille repotia ( $\nu$ )] Repotia sunt, quae Graeci  
dicunt *Ποδοστρόφια* aut mutuae inuitationes ( $\Gamma' (\gamma f \nu)$ )

Repotia dies secundus a nuptiis, quo repotant et quo  
virgo ad muliebrem habitum componitur ( $\Gamma' f V$ )

\*Aliter: Repotia dicuntur dies, qui secuntur nuptias, 20  
quando mutuis conuiuiis se frequenter inuitant ( $\Gamma' f V$ )

\*Vel dies post nuptias (*item Porph.*), quo conueniunt  
amicae et ex simbolis celebrant conuiuia ( $\Gamma f E$ )

\*Aliter: Repotia dicuntur septimus dies, quo solet  
noua nupta redire ad parentes suos; hic pro festis diebus 25  
( $\Gamma' f c \xi$ )

**61.** § Cornu ( $v c \xi$ )] Sunt enim in uenalibus cornua,  
quae hanc olei habeant quantitatem, sextarii mensura  
( $\Gamma' f V c \xi$ )

1 ciconias] exconias  $V$  ex ciconiis  $c \xi$  esui — earum]  
*om. V c \xi* 2 uideri autem uult  $V c \xi$  4 concessu  $r v f V$ ] con-  
sensu  $\gamma c \xi$ ; *apud Ciceronem inuenitur elocutio 'concessus*  
*omnium'* 7 offellus  $\Gamma f V c \xi$  cum locupletissimus esset et  
moderatam uitam ageret (gereret  $\xi$ )  $V c \xi$  21 se — inuitant]  
frequentatur  $V$  28 hanc] *om. c \xi* mensura] scilicet quan-  
titatem  $r$

**62.** § Veteris non parcus a. (*v*)] Ac si diceret: in eo solo non auarus, [et] quae sunt inutilia, liberaliter fundit (*I' f Vc\xi*)

**65.** § Mundus erit (*v\xi*)] Idest mundum sequetur 5 uictum, qui neque in sordidam neque in luxuriosam uitam sit inclinatus (*I' Vc\xi*)

**66.** In neutram (*v*)] Sentiet enim aequa eum miserum esse, idest anxium, qui de delicto uestis torquatur, quam eum, qui extremam necessitatem sordium patitur 10 (*I' f V*)

**67.** \*Munia didit (*v*)] Officia diuidit (*I' E*)

**68.** \*Seuus (*c*)] Neglegens ad comparanda obsonia (*I' c\xi*)

**70.** \*Accipe uictus quae quantaque s. a. (*\xi cons. c*)] 15 Enumerat commoditates tenuis uictus (*I' E sim. c\xi*)

**73.** \*Quae simplex (*v\xi*)] Idest una, quam facile digesseris (*I' c\xi*)

\*Esca, quae non bene digeritur, magis cumulatur in stomacho (*I' E*)

**75.** \**<In bilem>*] In pestem (*leg. indigestionem*) (*I' E c\xi*)

**76.** \*Pituita (*vc\xi*)] Fortis indigestio (*I' Ec\xi*)

**80.** \*Ordo: dicto citius praescripta ad munia surgit. Munia autem aut quae ipse agere disposuit aut quae ab 25 alio iniuncta sunt (*I' f*)

**82.** § Hic tamen (*v*)] Alias dicit commodities eius, qui utitur uictu tenui. Commoditates sentit dierum festorum et languidum corpus facilius recreat et senectutem facilius consolatur (*I' f Vc\xi*; *de falso lemmate in c\xi adiecto uid. schol. 70*)

4 sequetur] sequitur *vc\xi*      8 torquat *V* torquatur *I' f*  
 torqueatur *edit. fort. rectius*; *nam torquere est à. l.*      11 didit]  
 dedit *v*      15 en: — uictus] alias dicit commodities eius qui  
 utitur uictu tenui (*tenuo c*) *c\xi*, sed haec pertinent ad u. 82  
 17 digesseris *c\xi*] digesserit *I'*      22 indigesta *v*

\*Quondam (*v*)] Quandocumque, aduerbium medii temporis (*I'*)

83. Siue diem festum (*v*)] Et luxurioso et frugi senecta accedit, quae se mollius tractari desiderat, quam iuuentus; sed cum iuuenis delicate uixeris, omnia dura uentura sunt; nihil erit, quod recreari possit, si languere cooperis aut senescere (*I'fV*)

84. \*Tenuatum (*v*)] Aegritudine, languore (*I'E*)

86. § Tibi quidnam a. (*v*)] Te autem quid poterit delectare in senectute aut post aegritudinem, cui nihil noui derelictum est? (*I'fVc\xi*)

88. § Dura ualitudo (*vc\xi*)] Non est epitheton ualeitudinis, sed quoniam potest esse bona ualetudo (*I'Vc\xi*)

89. \*Rancidum a. (*v*)] [Lardum] leuiter putentem corruptam carnem rancidum dicit (*I'fE*)

Omnia antiqui custodiebant et quamuis uetustate uitiata laudabant (*I'fV*)

\*Et hic nasus et hoc nasum dicitur, et est incerti generis (*I'fE*)

\*Quod hospes (*v*)] Ordo cum hoc sensu: quia commodius hospes uitiaret seruatum, quam totum dominus absumeret (*I'*)

92. \*Integrum (*v*)] Aut totum aut non corruptum (*I'*)

93. \*Natum tellus m. p. (*v*)] Quia dicitur ante deos nata esse Terra (*I'E\xi*)

\*Mire ait: prima tellus; illo enim tempore, quo mundus ex discordibus in hanc concordiam formatus est, ex terra generati traduntur heroes, indocilis turba uitiorum (*I'*)

94. \*Das aliquid fam<a>e (*v*)] Interrogative: putas hoc ad famam pertinere, si laetus es? (*I'c\xi*)

6 uentura *V*] futura *I'f* 10 cui] qui *v* cum *c\xi*  
 12 ualeitudinis *r\nu*] ualitudinis *\gamma Vc\xi* 13 sed *om. Vc\xi* quia *c\xi*  
 ualeitulo *r\nu*] ualitudo *\gamma Vc\xi* 14 lardum *\nu* laridum *\gamma* luridum *f om. rE* leuiter *\gamma v*] leniter *r\nu E* 15 corr: — dicit  
*om. E* corruptum carmen *Pauly sil. (?)* rancidam *Hauthal*

§ Sed forte dicis: uolo habere opinionem bene pascentis et laudari propter opima conuiuia ( $\Gamma' Vc\xi$ )

§ Non nihil putas esse opinionem bene pascentis et ideo uis habere apparatam mensam ( $\Gamma' Vc\xi$ )

5 § Vis habere famam, ut lautus dicaris; sed est fama gratior, quae carmine animos delinit et docet ( $\Gamma' Vc\xi$ )

Quae carmine g. ( $v$ )] Antisthenes philosophus cum uidisset adulescentem multum acroamatibus delectari: o te, ait, infelicem, qui summum acroama numquam audisti, 10 idest laudes tuas; quia plus delectamur laudibus nostris ( $\Gamma' V$  ex Porph.)

97. \*Te tibi iniquum ( $v$ )] Quia sibi iniquus est, qui multa exhibet ( $\Gamma'$ )

99. \*⟨Inquit⟩] Aliquis ( $\Gamma$ )

15 100. § Ego uestigalia ( $v$ )] Satis arroganter opes suas rei publicae comparauit ( $\Gamma' Vc\xi$ )

101. § Ergo quod superat ( $v$ )] Ergo, quod habundat tibi, non potes alia re melius erogare? ( $\Gamma' Vc\xi$ )

103. Cur eget indignus ( $v$ )] Qui non mereatur 20 egere, aut pro interiectione, ut sit 'indigne' ( $\Gamma' V$ )

106. § Vni nimirum tibi recte ( $\xi$ )] Idest credis te semper esse felicem et ideo non promittis quaedam beneficia, quae sis relaturus alia succedente fortuna ( $\Gamma' Vc\xi$ )

25 § Ac per hoc memento conditionis humanae, quae est semper instabilis ( $\Gamma' Vc\xi$ )

107. § Inimicis risus ( $v$ )] Cum patrimonium omne per luxuriam consumpseris, eris risus omnibus inimicis ( $\Gamma' E Vc\xi$ )

1 sed — mensam] Non nihil putas esse opinionem bene pascentis et laudari propter opima conuiuia  $c\xi$  set γ  
 6 delinit  $\Gamma'$ ] delirat  $V$  delectat  $c\xi$  17 abundat  $c\xi$  18 tibi  
 $\Gamma' V$ ] om.  $c\xi$  non recte 20 aut] om.  $v$  22 pmittis  $\Gamma V$   
 premittas  $\xi$  promittis  $vc$  25 per hoc  $vc\xi$ ] pro hac  $\Gamma V$   
 conditionis  $\Gamma' c\xi$ ] condicionis  $V$  ut adsolet quae  $\Gamma$ ] que  $v$   
 quia  $Vc\xi$  26 est semper  $\Gamma'$ ] semper  $V$  semper est (es  $c$ )  $c\xi$   
 28 risus] risui edit. inimicis tuis  $V$

§ Vterne ( $\xi$ )] Ad dubios casus quis magis habet fiduciam? ille, qui cum habuisset, praestabat, an is, qui luxuriis fuerat obligatus? ( $\Gamma' Vc\xi$ )

**108. 109.** § Hic q. p. (c)] Quia luxuriosus multis rebus assuefacit et corpus et mentem; nam qui multis utitur, plura desiderat ( $\Gamma' Vc\xi$ ) 5

**110.** \*Iuuinalis (1, 169. 170):

Ante tubas galeatum sero duelli  
Poenitet ( $\Gamma'$ )

**111.** In pace ( $\nu$ )] In diuitiis qui est et uiuit paruo 10 contentus, ita se parat ad inimicam fortunam, quemadmodum sapiens parat necessaria bello in pace ( $\Gamma' V$ )

**112.** § Quo magis his credas ( $\xi$ )] Verbis meis, quibus dixi melius esse uti exiguo uictu; audi, quod solebat dicere Ofellus ( $\Gamma' Vc\xi$ ) 15

§ Ofellum quendam dicit proscriptum, qui ita dicebat: non me terret fortuna proscripti uel paupertas, quia et antea, cum diues essem, moderate uiuere consueui ( $\Gamma' Vc\xi$ )

Vicinum illum suum abstinentem; cum fuisset proscriptus, ager eius Vmbreno militi condonatus est ( $\Gamma' V$ ) 20

§ Iste Ofellus proscriptus est, quia in parte fuit Cassii et possessio ipsius tradita est militibus Augusti, quam postea Ofellus ab isdem conduxit ( $\Gamma' Vc\xi$ )

**114.** Diuiso et conducto [a milite Augusti] ab eo, ad quem fuerat translatus ( $\Gamma' V$ ) 25

**116.** § Non ego narrantem ( $\nu$ )] 'Non' bis intellegitur, ut sit: noui non temere narrantem, idest uere, non

1 quis] qui  $\Gamma' Vc\xi$  quam  $\nu$  2 an is] illi  $Vc\xi$  3 luxuria  $V$  luxuriose  $c\xi$  4 quia] qui  $Vc$  quod  $\xi$  5 qui multis  $re$ ] quod multis  $\xi$  qui om.  $\gamma V$ , post utitur transponit  $\nu$  7 iuuinalis  $\gamma$ ] om.  $r$  14 esse] om.  $c\xi$  quod solebat dicere  $\Gamma'$ ] quod dixit  $Vc$  q: dixi  $\xi$  15 ofellus — postea] om.  $\xi$  propter homoeoteleuton 17 qui  $c\xi$  20 a: eius] est a:  $V$  est  $r$ ] erat  $V$  om.  $\gamma \nu$  22 ipsius] eius  $\nu$  23 isdem  $rV$ ] hisdem  $\gamma \nu$  iisdem  $c\xi$  24 a milite augusti ut glossema del.  $K$ . ad quem  $\gamma$ ] quem  $rv$  qui  $V$  27 noui — pernam] duorum uerborum spatiuum relictum in  $\xi$

quicquam in usum habuisse praeter holus et fumosam pernam (*I' Vc\xi*)

\*Profesti dies dicuntur, qui non sunt sacri (*\Gamma*)

**120.** \*Continua uerba sunt Ofelli usque ad finem (*\Gamma'*)

**5 121. 122.** §⟨Secundas mensas⟩] Aut ordinariae sunt mensae, quae ad satietatem, aut secundae, quae ad delectationem proficiunt (*I' Vc\xi*)

**122.** \*⟨Duplice⟩] Bifido (*\Gamma*)

**123.** Siquando libere potare uolebant antiqui, idest 10 sine archiposia, sine principe uidelicet bibendi, ubi non seruabatur, sed statim ut quis uolebat prior uinum petebat, dicebant se magistrum facere culpam (*V cons. Porph.*)

**124.** Si his tam bonis et tam frugi epulis Cererem aliquis placaret, alto culmo surgeret seges (*\Gamma V*)

**15 15** § Post h. l. e. (*c*)] Posthac rogabamus Cererem, ut magno culmo messis insurgeret (*I' Vc\xi*)

\*Ac uenerata C. (*v*)] Id est rogata, et est commune uerbum ueneror te et ueneror a te (*\Gamma'*)

**127.** Parcius (*v V*)] Minus, cum eadem sit nobis 20 semper frugalitas (*I' V*)

§ Numquid, ex quo agrum amisimus, minus nituistis, cum eadem nobis uita sit, quae fuit dominis constitutis? (*I' Vc\xi*)

**128.** \*Nituistis (*v*)] Accepti estis, bene uixistis (*\Gamma*)

**25 131.** § Illum aut nequities (*v*)] Qui consumptis bonis agrum cogetur absumere; paupertatis enim est amica nequities. Item aliter: aut per luxuriam amittet agrum uendendo eum aut crimine aliquo reus factus proturbabitur patrimonio suo (*I' Vc\xi*)

1 quicquam *\gamma V*] quiquam *r* quicquid *v c* in usum *codd.*] in usu *edit.* praeter — pernam] *om. c* 5 sunt mensae (mense *v*) *\Gamma'*] mense *V* mensae (mense *c*) sunt *c\xi* 10 sine pr: — petebat *V*] *om. Porph.* 14 seges] sedes *r V* 15 aliter posthec *v* post hec (hec *v c*) *v c\xi* 16 insurgeret *\gamma v*] surgeret *r Vc\xi* 20 frugalitas *r V*] fragilitas *\gamma v* 26 cogetur absumere *K.*] cuges absumere *\Gamma'* coge assumere *V* consumpsit *c\xi* amica est *Vc cons. \xi* 28 proturbabitur *v*, *V* ut uid., sed parum liquet] perturbabitur *\Gamma c\xi* *Pauly*; *Hauth. schol. sil. om.*

Vafri (*v*)] Astuti, callidi; idest committit aliquid inscius contra ius et perdit agrum [suum] (*I' V*)

*<Aut u. inscitia iuris>*] Aut ignorantia iuris antiqui (*I' V*)

133. § Vmbreni (*v*)] Nomen est illius militis, qui 5 Ofelli agrum possidebat (*I' Vcξ*)

## SERM. 3

1. § Si raro scribes (*v*)] Damasippum quendam inducit secum loquentem, qui consumpto patrimonio suo [per luxuriam] contulit se ad Stoicam sectam. Dicit 10 etiam de his, qui aliena peccata notant oblii suorum. Iste autem Damasippus quodam Stertinio Stoico hortante coepit philosophari (*I' Vcξ*)

\*[Aliter] Iunius Damasippus consumpto patrimonio philosophari cooperat; ab hoc Horatius desidiam suam 15 castigari inducit, cum ad uillam secessisset et nihil scriberet. Haec ergo satyra habet quasi dialogi genus. [Item] aliter: saepe Horatius querebatur, quod scribere in urbe constitutus non permitteretur modo conuiuiis, modo diuersis occupationibus praepeditus. Et ideo confortatis auctoribus 20 Graecis ad uillam secessit, quasi ut aliquid uacans dignum scriberet. Arguitur ergo a Damasippo quasi reprehendente desidiam Horati, qui ne in uilla quidem constitutus aliquid laborauerit (*I'*)

2. \*Membrana dicta, quod membra tegat (*I* 25

Quāeque retexens (*v*)] More cogitantum, qui antiqua dicta in suis cogitationibus ponunt (*I' V*)

1 aliquid *vV*] aliquid *I* 2 suum *rV om. γν* 3 iuris antiqui *edit.*] iuris aut antiquitas *V* iuris antiquitas *I'* 5 militis] *om. cξ* 6 offelli *I' Vc*, *recte ν* 8 Sic raro scribes *cξ* 10 per lux: *exhib. Vcξ, om. I'* dicit — suorum] *om. ξ* 11 etiam] *om. c* 12 quandam *V* 14 aliter *v om. I'* 17 satyra *r ν*] satira *γ* item *I'] om. ν* 23 horati *v*] horatii *I'*

4. § Quid fiet? (*v*)] Yperbaton a superioribus: 'Si raro scribes, quid fiet?' Ac per hoc quid expedit, ut neglegas et te incuses, nec tamen emendes? (*Γ' Vcξ*)

5. § Saturnalibus (*v*)] Algiosus fuit Horatius, et 5 constat illo tempore Saturnaliorum uillam calidiorem foci⟨s⟩ fieri; et ipse sese inpatientem frigoris probat in libris epistolarum (I 7, 10):

Si bruma niues Albanis illinet agris.

*⟨XVI⟩*I die mensis Decembris celebrantur Saturnalia (*Γ' Vcξ*)  
10 8. § Solebant enim antiqui poetae parietes lectis suis proximos cera linire et habere graphia iuxta, ut, si forte noctu aliquid occurrisset, id ante obliuionem litteris notarent (*Γ' Vcξ cons. Porph.*)

15 9. § Minantis (*v V*)] Hic promittentis, unde poeta (*Verg. Aen. II 96*) per contrarium:

Promisi ultorem

pro minatus sum (*rν Vcξ*)

20 11. § Stipare Platona (*v*)] Idest supra Platonem Menandrum ponere, hoc est istos tecum auctores portare ad agrum (*Γ' Vcξ*)

14. § Vitanda est i. S. (*cξ*)] Sireni comparat desidiam, quia, quemadmodum Siren cum pernicie delectat, ita et desidia non absque damno delectat. Definitio desidiae: quid est desidia? Improba Siren (*Γ' Vcξ*)

25 16. § Di te Damasippe (*v*)] Permittant tibi philosophi, quos sequeris, barbam tondere; quasi ad eum lo-

1 si] sic *cξ*      2 scribes] scribis *V* scribit *cξ*      4 algiosus] algiosus *c* algós *ξ*      5 illo tempore *cξ*] om. *cett.*      uillam — fieri] in uilla ualidiorem focum fieri *cξ*      calidiorem *rν*] ua- lidiorem *Vcξ* callidiorem *γ*      6 focus *K.*      inp: *γ V* imp: *cett.*  
8 allinet *ξ* illinet *cett.*      9 XVII ed.] idest (-i)-*codd.* sat: cel:*cξ* celebantur *rνcξ* celebabantur *V* celebantur *γ*      11 illinere *c* illinire *ξ*      12 occ:] accidisset *c* accedisset *ξ*      14 hic om. *cξ* 18 supra — ponere] platonem et menandrum componere *cξ* 21 comparat *r* comp: *cett.*      22 pernitie *γνξ*      23 ita — delectat] om. *V*      damno *γc*] dampno *rν* danno *ξ*      24 improba *γcξ*] improba *rνV*      25 philosophoe *V*

quitur, qui barba demissa sit, scilicet ritu Stoicorum  
( $\Gamma'$   $Vc\zeta$ )

18. 19. § Ianum ad medium (c)] Iani statuae tres erant; ad unam illarum solebant conuenire creditores et feneratores, alii ad reddendum, alii ad locandum fenus 5 ( $\Gamma'$   $Vc\zeta$ )

\* Ianum ad medium ideo, quoniam in Rostris simularum Iani erat, ubi res pecuniariae agebantur per feneratores ( $\Gamma'$ )

\* Aliter: Ianus medius locus dictus est prope basi- 10 licam Pauli, ubi uasa aenea uenundabantur ( $\Gamma'$ )

20. Olim nam quāerere (v)] Consumpsit [inquit] patrimonium suum; quaerebam, inquit, antiqua uasa comparare ( $\Gamma' V$ )

21. § Quo uafer (v)] Id est uasa antiquitus facta. 15 Sisiphus enim artifex fuit, qui uasa aere formabat et primus temperaturam aeris inuenit ( $\Gamma' Vc\zeta$ )

\* Aliter: Sisiphus rex Corinthiorum, filius  $\langle A\rangle$ eoli ( $\Gamma' E$ )

§ Negotiator erat Stoicus, qui uasa, quae emerat, meliore pretio uenundabat ( $\Gamma' Vc\zeta$ ) 20

22. \*Infabre (v)] Inperite, cui contrarium est affabre ( $\Gamma' E$ )

24. \*Vnus (v)] Solus, et est poeticum ( $\Gamma'$ )

25. \* $\langle$ Mercuriale $\rangle$ ] Cerdonem quem dicunt Graeci a lucro ( $\Gamma$ ) 25

26. \*Nam auctiones fere in competitis fiunt, ex quibus quaedam se emere solitum et uendere significat ( $\Gamma'$ )

28. § Vt solet (v)] Interdum studio medicorum

1 stoicorum] rusticorum  $c\zeta$  3 Iani . . . tres] cf. *Hermes* III 249 4 et foeneratores  $\gamma v$  om.  $r$  et senatores  $Vc\zeta$   
5 fenus  $\zeta$ ] foenus c forcius  $V$  om.  $\Gamma'$  7 quoniam  $\Gamma]$  quia  $v$   
10 basil: Pauli = basilica argentaria siue uascularia, *Jordan topogr. Rom.* II 216 ('in basilica' *Porph.*) 12 inquit  $r v$   
 $om. \gamma V$  15 facta] ficta  $c\zeta$  16 sisifus  $V$  erea  $\zeta$  erea c  
et — inuenit] om.  $c\zeta$  18 aliter sisiphus  $v$ ] om.  $\Gamma E$  20 me-  
liori  $\gamma$  om.  $c\zeta$  21 imp:  $v C$  est] om.  $r v$  26 compitis  $\gamma$   
28 solet] sulet  $v$

dolor capitis transit ad aliam partem, ut melius est lethargicum fieri quam melancolicum. Nam solent medici ab alia parte corporis in aliam deriuare morbum ( $\Gamma' Vc\xi$ )

29. Exemplum †earum, hoc est humana natura,  
5 quippe in qua morbus morbo succedit; nec est inminutio,  
sed mutatio ( $\Gamma' V$ )

30. § Vt <le>thargicus ( $\nu$ )] Quia nonnumquam  
medici studentes lethargicos excitare faciunt freneticos  
( $\Gamma' Vc\xi$ )

10 § Hic cum fit ( $\nu$ )] Contrarii sibi sunt hii morbi:  
cardiacus et lethargicus; ille somno caret, hic deditus  
est ( $\Gamma' Vc\xi$ )

31. § Dum nequid ( $\nu$ )] Damasippe, dum ne freneti-  
cicus fias et me c<a>edas, quo quis labores somno ( $\Gamma' Vc\xi$ )

15 \*O bone ( $\nu$ )] Yronia ( $\Gamma'$ )

32. § Insanis ( $\nu$ )] Secundum opinionem Stoicorum,  
qui dicunt omnes insanire praeter sapientes, cum se tan-  
tummodo sapientes appellant ( $\Gamma' Vc\xi$ )

33. § Stertinus Damasippum a pontis praecipitio  
20 reuocauit et ad philosophiam hortatus est, cum ille bonis  
omnibus perditis cuperet interire ( $\Gamma' Vc\xi$ )

§ Fuit autem Stertinus de Stoicis, qui omnes stultos  
insanos aiunt et in singulis insaniae uaria genera ( $\Gamma' Vc\xi$ )  
*cons. Porph.*

25 36. \*A Fabricio ( $\nu$ )] Qui modo lapideus dicitur ( $\Gamma'$ )  
\*Pons Fabricius habet a conditore uocabulum, qui  
iungitur insulae Tiberinae; a Fabricio consule nominatus  
( $\Gamma'$  *cons. Porph.*)

38. \*Dexter ( $\nu c$ )] Propitius ( $\Gamma' Ec\xi sim. Porph.$ )

30 \*Caeue faxis ( $\nu$ )] Notandum 'ue' syllabam breuem,

3 in] ad c\xi diriuare γ 4 earum Γ] mearum νV  
7 ut] unde ν quia K.] qui codd. 10 sibi] om. c\xi hii γc]  
hi cett. 11 caret hic ν V] caret ille γ caret iste r ille siti c\xi;  
nescio an 'ille' praferendum sit 25 lapideus ν] lapidius Γ

cum secundae sit coniugationis. Et Persius 'uide' breuem posuit (1, 108. 109):

Vide sis, ne maiorum tibi forte  
Limina frigescant ( $\Gamma'$ )

**40.** Insanos qui inter uereare insanus haberi ( $V$ )] 5  
Stulta uerecundia est uereri in his uitiis, quae uidentur esse communia ( $\Gamma'$ ; *nil nisi lemma in V*

**41.** \**Αναστροφή*: nam primum ( $\Gamma$ )

**42.** \*Ordo: nihil uerbi addam, quin pereas fortiter, ut coepisti ( $\Gamma' c\xi$ ) 10

**43.** \*Quem mala stultitia ( $v$ )] Vt in primo (*serm. I 2, 71*):

Velataque stola

et (*serm. I 5, 35*):

Insani ridentes praemia scribae 15

et in Virgilio (*Aen. XI 309*):

Ponite: spes sibi quisque

ita et hic communem syllabam facit ( $\Gamma'$ )

**44.** \*Crisippi p. ( $v$ )] Stoici philosophi, unde et Stoici a stoa ( $\Gamma' E$ ) 20

**45.** \*Autumat ( $c\xi$ )] Adfirmat, [dicit,] conprobat ( $\Gamma' E c\xi$ )

**46.** \*Nunc accipe ( $v c\xi$ )] Stertinus Damasippo ( $\Gamma' (r v E) c\xi$ )

**53.** § Caudam trahit ( $c\xi$ )] Proverbium est: caudam 25 trahit, idest risu dignus est; et nunc diuidit (*lcg. dicit*), quod superius dicturum se esse promiserat ( $\Gamma' V c\xi$ )

§ Item: pecus sit cauda pendente ( $\Gamma' V c\xi$ )

\* 3 forte l. f.  $v$  9 fortiter peream  $v$  fortiter pereas  $c\xi$

17 quisque] p.  $v$  18 facit] fecit  $v$  21 dicit *om. c\xi*  
conprobat *om. E* 26 idest  $c$ ] l.  $\xi$  *om. \Gamma' V* 28 item]  
idem  $c\xi$  percussit  $E V c\xi$  caudam pendentem  $c\xi$  causa  
pendente  $V$  causa perderint  $v$

56. \*'Varum', diuersum, unde pedes in diuersum flexos uaros dicimus et distortas (*cf. Porph.*) uenas uarices ( $\Gamma'$ )

60. § Hic Fufius actor fuit tragediarum, qui cum 5 Ilionam tragediam ageret ebrius et uellet eam simulare dormientem, grauitate uini ad uerum somnum ductus est. Ita ergo non audiuit matrem uel uxorem seu patrem stultum implorantem auxilium sibi, quemadmodum nec Ilione, cum ageretur [ab] ebrio Fufio, potuit audire mille 10 Catienos filii partes agentes. Aliter: Fufius tragediarum a[u]ctor fuit (*Porph.*). Iliona, Priami filia, Polimestoris est sortita coniugium; cum in belli desperatione positus Priamus Polidorum tutandum Polimestori commisisset et eum uellet Polimestor occidere, Ilione loco fratris filium 15 mutauit. Ita Polimestor deceptus filium trucidauit [ut alii dicunt, tamen manifestum est Polidorum]. Hic necatus sorori noctu uenit in somniis rogans, ut sepeliretur, hoc dicens: 'Mater, te appello, exurge et sepeli me!' Cum igitur Fufius, a[u]ctor partium, Ilionen dormire si- 20 mulasset, casu uino confectus obdormiit; cum ab alio a[u]ctore partium filii, idest Catieno, assidue his uerbis

4 fufius  $\Gamma]$  fusius  $\nu Vc\xi$  auctor tragediarum fuit  $c\xi$  actor fuit  $\nu]$  auctor fuit  $V$  fuit auctor  $\Gamma$  5 trag:] in tragedia  $c\xi$  ag: ebr:  $\gamma \nu]$  ebrius (ebrius  $V$ ) ageret  $r Vc\xi$  7 audiuit  $V]$  audiet  $\gamma$  audit cett. 8 stultum — sibi] stultus dantes sibi auxilium  $c\xi$  9 ab  $c\xi$  om. cett. fusio  $\nu Vc$  10 filii part: agentes om.  $c\xi$  partes  $\gamma$  partis  $r\nu$  patris  $V$  aliter — fuit om.  $c\xi$  11 actor *Porph.*] auctor  $\Gamma' V$  iliona  $\Gamma' Vc\xi]$  ilione edit. 14 (ilione hic  $\Gamma' Vc\xi)$  15 mutauit] posuit  $c\xi$  ut — polidorum] interpolatum uidetur *K.* 16 polidorum — rogans] hunc polidorum (poll:  $\xi$ ) necatum fuisse et noctu sorori (om.  $\xi$ ) in somniis (sonniis  $\xi$  somnis  $c$ ) uenisse rogans  $c\xi$  17 sonniis *K.*] sonniis  $\xi$  somnis cett. 19 fusius igitur  $Vc\xi$  fusius  $\nu Vc\xi$  auctor  $\Gamma'$  om.  $Vc\xi$  partium] om.  $c\xi$  20 obdormiit  $\gamma \nu$  item *Porph.*] obdormiuit  $Vc\xi$  dormiuit  $r$  cum — tangit] om.  $c\xi$  21 idest catieno *K.*] idest catiena *codd.*, et ponunt post uocem scena; edit. del.

excitaretur in scena, uix potuit uigilare. Hunc igitur tangit ( $\Gamma' Vc\xi$  paul. sim. *Porph.*)

**65.** § Esto ( $v c\xi$ )] Concedamus interim creditorem sapere, dum probamus magis hunc ipsum insanire quam Damasippum ( $\Gamma' Vc\xi$ ) 5

**68.** § Reiecta ( $v c\xi$ )] Repudiata, et est figura productio, quia re, cum sit breuis natura, hic pro loco produceitur ( $\Gamma' Vc\xi$ )

**69.** § Scribe d. ( $c\xi$ )] Sensus: scribe tabulas a Nerio iuris studioso, quibus alliget Damasippum, adde Cicutae 10 centum alteras, non tamen illum ita alligabis, ut ille se non auferat. Cicuta [autem] fenerator fuit, qui propter asperitatem et amaritudinem morum Cicuta cognominatus est ( $\Gamma' Vc\xi$ )

**70.** § Nodosi ( $v Vc\xi$ )] Scrupulosi, diligentis in acci- 15 piendis cautionibus ( $\Gamma' Vc\xi$ )

**71.** § Proteus saeuus debitor et ingeniosus ( $\Gamma' Vc\xi$ )

§ Proteus Damasippus accipiendus aut quicumque durus debitor et perfidus. Aliter Protea dicit debitorem, quia saepe sese mutat ut Proteus ( $\Gamma' Vc\xi$ ) 20

**72.** Malis alienis rident hi, qui irati uel m(a)erentes fingunt se ridere, quos non delectat risus ( $\Gamma' V$ ; *hoc schol. in V misere corruptum om. c\xi*)

**73.** § Elabitur enim mille praescriptionibus et dilationibus ( $\Gamma' Vc\xi$ ) 25

**74.** § Si male rem ( $v$ )] Si insani est male gerere rem, multo putidius est cerebrum Perelli Cicutae, qui id dicat ita se dictare, quod debitor numquam soluturus sit; rescribere est enim debitum soluere, hoc est scriptum debiti liberare ( $\Gamma' Vc\xi$ ) 30

6 figura  $r v V$ ] figurata  $y c\xi$       7 quia re] quare  $V c\xi$   
 10 alliget  $y$ ] allegat  $V$  alligat  $c\xi$  alleget  $r v$       12 autem  
 $\Gamma' om. Vc\xi$       13 morum  $\Gamma$ ] mox  $V om. c\xi$       nominatus  
 est  $Vc\xi$       19 et — aliter]  $om. c\xi$       propterea protheum  $c\xi$   
 21 rident — fingunt] hi nihil loquens qui intibi merentes sed  
 agunt  $V$       27 id]  $om. c\xi$       28 debitor  $\Gamma'$ ] debita  $Vc\xi$   
 29 debita  $c\xi$  debitum *cett.*

\*Terentius (*Phorm.* V 8, 28. 29 = 921. 922):

Sed transi sodes ad forum atque illud mihi  
Argentum rursum iube rescribi, Phormio,

hoc est reddi per scripturam (Γ')

5      75. § Mihi crede, Damasippe. Adhuc uerba sunt  
Stertinii. Quidam (*cons. Porph.*) dicunt istum esse Ne-  
rium Perellium; alii dicunt alium esse creditorem (Γ' Veξ)

§ Perelliū famosus illius temporis fenerator (Γ' Veξ)

77. \*Audire (νcξ)] Hic ostendit etiam feneratores  
10 insanos [esse] (Γ' cξ)

\*Adtentos esse et paratos ad audiendum, et est  
πρὸ τοῦ ὑστερον; nam prius adtentos fieri mos, ut sic  
audiatur (Γ'

80. Aut alio (ν)] Diligenter me audiri uolo ab his,  
15 qui dissoluto pallio sedent nondum intenti et accensi ad  
uirtutis amorem (Γ' V Porph.

82. § Danda est (νcξ)] Multum cicutae (*leg. ellebori  
cum edit. uet.*) dandum est auaris, quasi maiore aegritudine  
laborantibus (Γ' Veξ)

20      § Videtur quibusdam Horatius non plene persecutus  
esse, quod promiserit, cum, utrum insaniant, docere praeter-  
gressus dixit de cura ipsorum, sane inconsiderate in uitu-  
perationem ruentibus. Quis enim ignoret his uidelicet ad-  
hibendam esse medicinam, qui minus sani sunt? (Γ' Veξ)

25      83. \*Nescio an A. (c)] Metonomia per id quod con-  
tinet id quod continetur. Anticira enim nomen est in-

3 rursum ν] om. Γ      9 etiam om.cξ      f:] senatores cξ  
10 esse om. νcξ      11 adtentos Γ] attentos ν      12 πρὸ τοῦ  
ὑστερον K.] προτονυστερον Γ /////ron ν ὑστερον πρότερον edit.;  
cf. epi. I 1, 47: ὑστερον πρότερον Γαβ adtentos γ] attentos rr  
14 audiri me V      17 cic:] anticirre c ancire ξ      18 dandum  
— maiore] om. ν      20 plene rrV] bene γ persecutus γνVξ]  
prosecutus rc      21 insaniat Veξ      22 dixit rV] dicat γν  
dicit cξ      de cura ipsorum dicit cξ      23 quis — sunt]  
quis se ignoret enim his dʒ adhibenda medicina ξ qui se enim  
ignorent his debet esse adhibenda medicina c      non ad-  
hibendam . . . insani γ Hauthal      24 qui — sunt] om. cξ  
26 est nomen ξ

sul(a)e, in qua multa conficitur medicina. Posuit autem Anticiram pro medicamine, idest nescio si omnis medicina danda est auaris: magnitudinem uitii expressit (*cξ*)

\*Nescio an (*v*)] Figura λιτότης, idest scio (*Γ'*)

\*Anticyra insula Propontidis, in qua multum elleborum nascitur, quod quidem depellere dicit mentis insaniam. Tanta est igitur auaritiae dementia, ut totius insulae elleboro sanari non possit (*Γ' ex Porph.*)

84. § Heredes S. (*c*)] Staberius quidam auarissimus, cum moreretur, iussit heredibus scribere in suo monu- 10  
mento, quantum quisque a se relictum accepisset (*Γ' Vcξ cons. Porph.*)

87. \*Siue ego p. (*v*)] Hoc dicebat Staberius, et est ἀντιποφορά (leg. ἀνθυποφορά) ex persona ipsius Sta- 15  
berii (*Γ' E*)

97. § Sapiensne] Aut interrogatio audientis aut dicentis dubitatio (*Γ' Vcξ*)

98. § Hoc ueluti (*vξ*)] Quasi uirtute paratas diuitias putauit ad uirtutem pertinere (*Γ' Vcξ*)

99. Quid simile isti (*v*)] Modo docet insanum esse 20  
eum, qui pecuniam spernit, cuius usus est necessarius (*Γ' V cons. Porph.*)

100. \*Hic Aristippus Graecus Cyrenaicus dictus est, cum serui eius auro onusti grauius ambularent, quod a rege acceperat, iussit, ut abicerent quasi impedimen- 25  
tum (*Γ' f*)

103. § Nil agit exemplum (*v*)] Ad rem dubiam aperiendam nemo utitur dubio argumento; incertum est, utrum insaniat, qui despicit pecunias et nullo moderamine utitur ad eas dispettiendas. Et ait: quemadmodum in- 30  
§ T⟨h⟩urinus (c)] De Thurio oppido Calabriae siue de Thuriis; nam et hoc Thuri⟨um⟩ per omnes casus singulares declinauerunt ueteres et hii Thurii, horum Thuriorum, his Thuriis ( $\Gamma' Vc$ )

21. § Balatrones dicuntur derisores, liberiores in loquendo, procaciōres, abiecti ( $\Gamma' fV$ )

22. \*⟨Vibidius⟩] Erat in altero lecto ( $\Gamma' fEz$ )

\*⟨Vmbras⟩] Parasitos ( $\Gamma' fE$ )

§ Inter hos autem et ad dexteram intellegendum est 10 M⟨a⟩cenatem fuisse, cuius umbrae sunt ( $\Gamma fVc$ )

23. § ⟨Nomentanus⟩] Alter, qui et decumanus erat ( $\Gamma' fEV$ )

\*Mire Nomentanum facit secundum ritum antiquum in me⟨dio⟩ discumbere ( $\Gamma$ )

25. \*Adlusit ad istum Portium, quoniam publicanus erat, quia digito publicani licitationem uestigalium faciebant. Aliter: datur intellegi decumanum fuisse Nomentanum. Scimus autem decumanos, quando licentur, digitos eleuare. Adlusit ad hoc Horatius ( $\Gamma' z$ )

28. § Noto (c)] Subest 'suco', idest omnibus usitato ( $\Gamma' V cons. c$ )

§ Aliter: noto, quem Nomentanus et Nasidienus nuerant, aut quem ego postea cognoui ( $\Gamma' fVc$ )

§ Celecutia (leg. celantia) (c)] In se habentia, celantia 25 uero haec omnia, quae supra dixi. Aliter: intra se continentia, et omnibus superius dictis neutraliter reddidit ( $\Gamma' Vc$ )

3 thuris  $\Gamma V$  turiis c, ν parum liquet      4 declinarunt rV  
 hii γ V hi rvc turi c turiorum c 5 turiis c 7 proc:  
 abiecti om. f procaciōres  $\Gamma$  prouocatiōres V 11 sunt Vc]  
 sint  $\Gamma f$  14 mire — discumbere] hoc schol. om. omnes editores,  
 emendauit K., uid. stud. Vindobon. 1901 p. 114 16 allusit rz  
 //lusit ν 18 aliter] om.z 19 licentur r] licenter γ licent νz  
 20 adlusit — hor:] om.z adlusit γ] om.rv 25 in — aliter]  
 om. c 26 intra se rVc in se γvf 27 neutraliter codd.]  
 naturaliter edit.

29. § Patuit (*c*)] Idest intelleximus nouum et ualde optimum ea habere sucum ( $\Gamma(yf)zVc$ , ν euamuit

\*⟨Passeris⟩] Genus piscis ( $\Gamma'f$

30. \*⟨Ingustata⟩] Quae ante non manduaueram

5 ( $\Gamma'Ez$

31. \*⟨Melimela⟩] Rubicunda mala ( $\Gamma f$

\*Ζιξυφόμαλα suauissima ( $\Gamma'fE$

\*Vide insanum: dum laudat piscem, poma subiunxit ( $\Gamma(yf)$

10 32. \*⟨Delecta⟩] Ex arbore ( $\Gamma'fE$

32. 33. § Ab ipso a. m. (*c*)] Idest qualis sit ista differentia, quod melimela crescente luna rubent, ipse te melius docebit, qui mihi narrauit ( $\Gamma zVc$

15 36. \*⟨Parochi⟩] Pascentis, ἀπὸ τοῦ παρέχειν, idest pastoris illius, qui conuiuum praebebat ( $\Gamma'z$

§ Vertere pallor tum par[r]ochi faciem (*c*)] Parochi dicuntur, qui hospitibus publice exhibent necessaria; hic tamen pascentis et domini ( $\Gamma fVc$ , ν euan.

20 38. § ‘Feruida’ ideo quod, qui multum biberunt, iam nesciunt, quid gustant. Nam palatum habent multo uino surdum factum, idest tale, ut iam non possit sentire saporem. ‘Subtile’ quasi subtiliter et satis perite solet saporem dinoscere. ‘Exsurdant’ surdum faciunt, ut iam non sentiat saporem ( $\Gamma zVc$ , ν euan.

25 Subtiles rimas habens; per rimas enim percipit palatum saporum bonitatem ( $\Gamma'zV$ ; propter neglegentiam excidisse uidetur in c

7 ζυξυφομαλα  $\Gamma$  mala ν E om. f emend. K.; edit. ineptiunt  
 11 idest — rubent] om. c 12 Crescentur luna rubent (*sic*) V  
 13 docebit zc] docet  $\Gamma V$  14 ἀπὸ τοῦ] a potu  $\Gamma$  apotu ν z  
 παρέχειν] parochin γz paroxin ν parrochin r 19 feruida  
 ideo γc] idest ideo rzV, quam lectionem ortam esse appareat ex  
 signo I, uide cod. γ ubi hoc signum cernitur suo iure post h  
 positum 20 habent γz] autem V ait c om. r 22 solet  
 enim c 24 sentiat γVc] sentiant rz 25 subtileς νz] subti-  
 lis  $\Gamma V$  palatus r

39. 'Inuertunt' exhausti, consumunt, ebibunt, aut 'inuertunt calices' et est ὑπαλλαγή ( $\Gamma' f V$ )

§ Inuertunt (c)] Idest exhausti; nam quando uas uinarium exhaustum fuerit, inuertitur, ita ut os ipsius humum tangat, πατὰ κεφαλῆς ( $\Gamma' f Vc$ ) 5

§ [Allifanis)] Allifanum oppidum Samnii uolunt, ubi maiores calices fiebant. Alii a uico Campaniae, ubi fictiles et subtiles in usu sunt ( $\Gamma' z Vc$ )

40. 41. \*Imi conuiuae lecti ( $\Gamma'$ )] Alii exponunt sic: 'lecti' electi uiri; hoc est: Maecenas et alii nobiles nihilum 10 nocuere lagoenis, idest nihil biberunt, sed Vibidius et Balatro, qui sunt inferiores conuiuae, epotauere tota uinaria, idest tota uasa, ubi uinum seruatur. Alii sic distingunt: inuertunt Allifanis uinaria tota Vibidius Balatroque secutis omnibus. Distinctio plena usque 'omnibus'. 15 Imi conuiuae lecti, hoc est: qui in imo lecto erant accubantes, nihilum nocuere lagoenis, idest nihil biberunt ( $\Gamma'$ , sed ν propemodum euauit)

45. \*Hoc Venafrum ciuitas Campaniae ( $\Gamma' f E$ )

46. \*[Garo)] Hoc liquamen de suco piscis fit 20 ( $\Gamma' f Ez$ )

48. \*[Dum coquitur)] Ius scilicet ( $\Gamma' f Ez$ )

50. \*[Methymnaeam)] Vrbs insulae Lesbi, uel oppidum ( $\Gamma' z$ )

51. \*'Inulas' quidam dicunt similes herbas pasti- 25 naceae ( $\Gamma' z$ )

\*Quidam γιγίδια, alii ὀξυλάχανα appellant ( $\Gamma z$ )

52. \*Quidam sic legunt: inulas et erucas monstrauit in quoquere 'in luto', idest in cinere, ut sit Scurillus no-

1 consum: — ὑπ:] om. f 2 ΥΠΔΜΔΓΗ V ypallage  $\Gamma$ ,  
euān. ν 5 ΚΔΤΔΚεΦΔΔΗC V lacuna in c om. f euān. ν  
7 fiebant] faciebant ν a uico] om. y campaniae  $\Gamma' z$ ] om. Vc  
11 lagenis γ, euān. ν 12 balathror r 13 seruabaturr 14 balathroque  $\Gamma$ , ν euānuit 17 lagenis γ lagenis r, ν euānuit  
27 γιγίδια  $\Gamma z$  γιγγίδια Petschenig ἐλένια Hauthal δξυλάχανα  
K.] ozia αχανα γ ozylachana r inyka z 29 in quoquere f  
idest rf] om. γνz

men. Alii 'inlutos' echinos legunt, idest cum luto πεπηλωμένους, idest inlutos, ut sit Curtillus nomen, ideoque dupliciter distinguitur ( $\Gamma' f z$

\*⟨Curtillus⟩] Proprium nomen Epicurei ( $\Gamma' f z$

5 54. \*⟨Aulaea⟩] Cortina uel uela ( $\Gamma' f z$

\*Apud ueteres tensis auleis exercebant laeta conuiua (*paulum sim. Porph.*), unde permansit consuetudo militibus, ut tentoria habeant ( $\Gamma' z$

55. \*Pulueris atri (c)] Deest tantum ( $\Gamma' z c$

10 56. \*Quia in planis locis plus pulueris est ( $\Gamma' z$

\*In campis uero sita est Campania, unde etiam nomen accepit ( $\Gamma$

57. \*Nos maius ueriti (c)] [Maiorem] ruinam timentes ( $\Gamma' f c$

15 58. \*⟨Rufus⟩] Idem qui et Nasidienus ( $\Gamma f z$

\*Vt si filius (c)] Tamquam [si] fuisset orbitate percussus ( $\Gamma' c$

60. \*Ni sapiens s. (c)] Idest consolando talibus uerbis ( $\Gamma' f c$

20 63. \*⟨Varius⟩] Idem qui et Vibidius ( $\Gamma' z$

\*Mappa c. r. (c)] Mappam in suum os mittebat ( $\Gamma' f sim. c$

64. \*Suspendens o. n. (c)] Qui solebat omnia irridere, uel irridens omnia ( $\Gamma f z sim. c$

25 66. § Responsura t. (c)] Superant facta tua laudes; hoc est: condigne laudari non potes ( $\Gamma f z V c$

§ Illi autem dicit Balatro, qui praebet conuiuum, idest Nasidieno ( $\Gamma f V c$

1 alii — nomen] *om. f* 2 πεπηλωμένους *K.*, *uid. stud. Vindobon.* 1901 *p. 114 sq.*] πεπηλωμένους νυν πεπελομένους γ πεπηλομηνους ρ, *Hauthal* *falso* πεμεμψένους inlutos ν] inlutos *cett.* 13 maiorem *om. Γ' f* 16 si c] *om. Γ'* fuisset] esset ν fuisset filii c 17 percussus *vc* 18 idest] *om. fc* talibus] his c 21 mappam — mittebat] mappam enim in ore causa risus ponebant c 23 qui — omnia] quia omnia deridere solebat c 25 superat c facta tua  $\Gamma V$ ] tua facta *fz* factum tuum c 27 balatro *f Vc*] balathro  $\Gamma$

⟨Labori⟩] Quem capis propter exhibenda prandia (*ΓfV*)

67. \*Accipiar (c)] Pascar, εὐφρανθῶ (*Γzc*)

72. § Patinam si f. ⟨a.⟩ (c)] Agaso proprie dicitur seruus, qui iumenta curat (*cons. Porph.*). Hic autem satyrice escarum ministrum agasonem appellauit, quem uulgo dicunt infertorem (*ΓfzVc*) 5

73. § Sed c. u. (c)] Quemadmodum, inquit, dux exercitus in aduersis rebus probatur, utrum sciat bene opitulari suo exercitui et tutari illum; nam felicitas etiam 10 imperitum militiae celat; ita et conuiuatoris prudentia in aduersis rebus probatur, quemadmodum sciat consolari suos conuiuas (*ΓVc*)

Domini conuiuui, inquit, animum et res aduersae nudant et prosperae abscondunt, sicut ducis (*ΓzV*) 15

78. \*Idest postquam se Nasidienus leuauit a lecto, coeperunt conuiuae susurrare, quaerentes, quidnam illis Nasidienus allaturus esset, ut comedenter; nam ideo surrexit, ut escam afferret (*Γfz*)

\*Aliter: ob hoc scilicet, quod ille discesserat. Et 20 notandum, quod ipso uersu imitatus est sonum susurri, ut (*Verg. Aen. VII 634*):

Lento ducunt argento,

et (*Aen. V 866*):

Sale saxa sonabant (*Γfz*)

25

\*⟨Susurros⟩] Subtacitos sermones (*Γfz*)

79. \*Idest magis uellem hos cenantes spectasse quam quosuis ludos (*Γfc*)

3 εὐφρανθῶ γ] εὐφρανθῶ r om. z ut ut (*sic*): Illos porti-  
cibus rex accipiebat in amplis (= *Verg. Aen. III 353*) c  
5 seruus γVe] om. rfz satyrice rVe] satirice γfz 8 in-  
quit dux] dixit V dux c 10 nam] nam et Vc 11 imper:] et imperium c imperium V imperitum r 22 ut — sona-  
bant] om. z

83. \*⟨Secundo⟩] ὑποκριτὴ subsequentē, idest et ipso poscente pocula ( $\Gamma fz$ )

86. § Mazonomo (c)] Genus lancis (*item Porph.*), in quo portantur escae, ueluti grande salsa ( $\Gamma z Vc$ )

5 89. \*Nam suauius est solos armos leporis comedere, quam cum lumbis ( $\Gamma z$ )

\*⟨Lumbis⟩] Lumbi plus habent carnis, armi uero indigestiores sunt. Oblati sunt igitur nobis armi cum lumbis, quos commodius fuisse solos esse, quam simul 10 cum lumbis ( $\Gamma z$ )

§ Vt m. s. (c)] Quia in clunibus aliquid habent tetri coloris et saporis minus iucundum ( $\Gamma z Vc$ )

90. \*Edit (c)] Pro edat ( $\Gamma fz$ )

[Et futurum tempus ab indicatio ueteres sic facie-  
15 bant:edo, es (V)]

91. \*Has merulas dicimus, quomodo has turdas ( $\Gamma f$ )

92. § Nisi causas n. (c)] Id est ista pulmenta, quae attulit nobis Nasidienus, suauiter comederemus, nisi nobis narrasset causam, quare partes eorum attulisset et non 20 integra. Intellegimus autem dixisse Nasidienum [se] uermes inuenisse in ceteris partibus, quas non attulit ( $\Gamma z Vc$ )

1 νπορρια r ynoppie f ΥΤΟΡΠΙΤΑ γz 3 maronomo c  
 4 salsare rz c] falsare V salare γ cf. salsarium (= saucièr) Apicius  
 7 uero] om. z 9 fuisse] om. Γ simul] om. z 11 habent  
 Γz] habetur Vc 12 iucundum rz V] iocundum γ iucundi c  
 20 se edit. om. Γz Vc 21 ceteris Γz V] cunctis c edit., sed  
 uid. stud. Vindobon. 1901 p. 115

# EPISTVLARVM LIBER I.

## EPIST. 1

\*Epistolarum libri tantum nomine dissimiles a libris sermonum sunt; nam et metrum et materia uerborum et communis assumptio eadem est (*ex Porph.*). Hoc solum 5 distare uidentur, quod hic quasi ad absentes loqui uidetur, ibi autem quasi ad praesentes loquitur. Et hii ultimi sunt sui operis libri, licet scriptorum uitio in multis codicibus locum sermonum occupauerint ( $\gamma$  cons. F

\*Apparet Horatium hos libros hortatu M⟨a⟩cenatis 10 scrispsisse ( $\Gamma'$ αb

1. 'Prima Camena' idest principio operis mei ( $\Gamma'$  αb f V

Virgilianum illud (*ecl. 8, 11*):

A te principium, tibi desinet ( $\Gamma'$ αf V, absc. b 15

2. 'Rude' est signum missionis artis gladiatoriae. Alii tamen dicunt 'hoc rude', alii 'hic rudis' ( $\Gamma'$ αb V

⟨Rude⟩] Pro 'rudi', idest uirga ( $\Gamma$ b; in V nihil extat praeter ··.

Metaphora a gladiatoribus ( $\Gamma'$ b V

3. Ludo (α)] Officio scribendi. Ludum autem μεταφορικῶς uocauit, ut ostenderet periculosum opus esse

12 idest] om.  $\Gamma$ α ·s· b      14 uirgilius ν V  
mei operis bf      14 uirgilius ν V  
illud  $\Gamma$ α] om. νf V, absc. b ut uid.      17 tamen] om. ν V  
20 metafora ν V      21 ludum] ideo V      22 metaphoricos b  
metaforicos γαν V

scribendi, quia post pugnam contulit se ad agri culturam.  
Aliter: idest antiqua consuetudine scribendi, et perseuerauit  
in metaphora ( $\Gamma' \alpha b V$ )

4. Veianius ( $\alpha$ )] Nomen proprium gladiatoris opini-  
natissimi ( $\Gamma' \alpha b V$ )

[Nomen gladiatoris et] iucunde hoc exemplum attulit,  
quoniam superius (u. 3) dixerat 'antiquo includere ludo'  
( $\Gamma' \alpha b V$ )

6. In extrema harena. Quia gladiatores petituri  
rudem de media harena conferunt se ad crepidinem Circi;  
adeo proximus, ut possit populum tristi uultu [uelocius]  
exorare. Aliter: idest ne sub circulo Amphitheatri stans  
petat rudem; nam ibi consuetudinis est stantem gladi-  
torem petere missionem ( $\Gamma' \alpha b V$ )

15 7. *< Purgatam >*] Facilem uel idoneam ad audiendum,  
idest habeo, qui me s<a>epius moneat ( $\Gamma' \alpha V$ )

Est mihi ( $\alpha$ )] Id est mihi magister philosophus,  
qui personet aurem et faciat purgatam, non qui aurem  
meam purgatam personet, sed qui uerba personet et faciat  
20 aurem meam purgatam ( $\Gamma' \alpha b V$ )

9. Ad extremum ridendus ( $\alpha$ )] Valde ridendus; peccat  
enim equus, si usque ad extremum laboret (( $\Gamma' \alpha V$ )

\**< Ilia ducat >*] Frequenter anhelet ( $\Gamma \alpha b$ )

10. \**< Ludicra >*] Carmen lyricum ( $\Gamma \alpha b$ )

25 11. Quo me duce ( $\alpha$ )] Qua doctrina, quibus opibus,  
qua secta, quibus praeceptis philosophiae ( $\Gamma' \alpha b V$ )

14. Hoc secundum Stoicos, qui non docent, nisi

2 aliter idest] om.  $\nu$ , euanuit  $V$     et] om.  $V$     3 meta-  
fora  $\gamma \nu V$     4 opin:] om.  $b$     6 nomen—et] om.  $\nu$     10 cre-  
pidinem  $\Gamma b$ ] crepitudinem  $\alpha \nu V$     11 populum possit  $V$   
uelocius  $\Gamma' \alpha b \nu$  om.  $V$     13 petat rudem] om.  $V$     consue-  
tudinis  $\Gamma' \alpha$ ] consuetudo  $V$  consue|  $b$     15 uel] om.  $\nu V$     16 se-  
pius moneat  $\gamma \alpha$ ] s: admoneat  $r$  doceat sepius  $\nu V$     17 idest]  
om.  $V$     18 non — purg: personet] om.  $V$     non — purgatam]  
om.  $b \nu$     19 personet uerba  $V$     22 si usque  $\Gamma \alpha$ ] suisque  $\nu V$   
laboret  $\Gamma \alpha$ ] om.  $\nu V$     27 docent] dixerit  $V$

iuraueris te secuturum. Aliter: metaphoricos locutus est a militia, quia iurabant milites in uerba ducis et sic ibant ad militiam ( $\Gamma' \alpha b V$ )

16. \*⟨Agilis⟩] Negotiosus, accinctus, paratus ad laborem ( $\Gamma \alpha$ )

\*Facilis, uel mobilis et diuersa appetens ( $\Gamma \alpha$ )

Mensor ciuilibus undis ( $\alpha$ )] Mire in metaphora perdurauit, quoniam dixerat ‘tempestas’ ( $\Gamma' \alpha b V$ )

17. Hoc est: Stoicorum sectator sum, qui non dant uirtutem nisi perfectae philosophiae, cum Peripatetici et 10 alii etiam non perfectis honorem derelinquant ( $\Gamma' \alpha V$ )

‘Satelles’ autem dixit, ut ostendat philosophiam esse reginam ( $\Gamma' \alpha b V$ )

18. Aristippus Cyrenaicus fuit Epicur⟨e⟩us, qui summum bonum uoluptatem dixit. Ideo ergo ait ‘furtim’, 15 quoniam interdum post uerae uirtutis custodiam uoluptate uincatur ( $\Gamma' \alpha b V$ )

19. Nam Stoici dicunt natum hominem [ad hoc], ut a re publica regatur, Epicurei, ut homo rem publicam regat. Aliter: quoniam auari pecuniis seruiunt, ideo 20 Horatius quasi philosophus dicit: conor, ut mihi seruant pecuniae, non ut illis ego seruiam ( $\Gamma' b V$ )

23. Idest molesta sunt mihi illa tempora et grauia, cum transeant me de philosophia non legente ( $\Gamma' V$ )

27. \*⟨Regam solerque⟩] Regam in rebus prosperis, 25 soler in aduersis ( $\Gamma \alpha b$ )

28. \*Linceus uir quidam fuit, qui stans ab uno littore Adriatico uidebat hominem ambulantem in altero ( $\alpha$ )

1 aliter] *om. b*, *qui met.* — mil: *post hoc — secuturum ponit* metaphoricos *b*] *metaforicos γαντί* metaphorice *r* est locutus *V* locutus *γαντί* in met: perdurauit  $\Gamma \alpha b$  *ut uid.*] perseuerauit in m: *v* mire perseuerat i: m: *V* metafora  $\alpha v$ , *recte ΓbV* 8 dixerat  $\Gamma' \alpha$ ] dixit *V* 11 etiam] et iam *v* et  $\Gamma \alpha$  multi *V* 12 sat: — dixit *b*] *om. cett.* 15 dixit *rV*] dicit *γνώντι* dicunt  $\alpha$ , *euan. b* 16 *uoluptatibus deuincatur α* 18 ‘*ut γνώντι V*’ ad hoc ut *r* 22 *illis ego V*] ego illis  $\Gamma' b$  23 idest *γνώντι* ideo *r om. V* 24 me de phil: non legente  $\Gamma'$ ] me non legi. *tē. V*

**30.** Glyco quidam athleta fortissimus fuit. Alii 'Milonis' legunt, illius Crotoniatis, qui apud Olympias in agone interfectum taurum suis humeris dicitur sustulisse ( $\Gamma' \alpha b f V$ )

**31.** Chiragricus dolor est, qui nodositates quasdam generat in iuncturis manuum, quia chiros (*leg. chir*) dicitur manus, unde chiragrici uocantur [medici], qui manibus laborant. Dicit ergo: si non potest aliquis tantae fortitudinis esse, quantae fuit Glico, non ideo debet corpus neglegere ( $\Gamma' \alpha b V$ )

**32.** Contra eos, qui dicunt ideo philosophandum non esse, quia philosophia comprehendendi non possit, hic dicit esse etiam secundae gloriae locum ( $\Gamma' b V$ )

Quasi aliquis dicat: quid studes philosophiae rebus, cum non possis peruenire ad summam sapientiam? ( $\Gamma' \alpha b V$ )

'Quadamtenus' dixit ut 'hactenus', idest usque ad aliquantum doctrinae peruenire, ut (*Verg. Aen. III 427*):

Pubē tenus ( $\Gamma' b V$  cons.  $\alpha$ )

**34.** \*'Voces'  $\kappa\alpha\tau\alpha\tau\omega\alpha\bar{\nu}\tau\omega$  ( $\Gamma' \alpha f$

**20**  $\langle$ Dolorem $\rangle$ ] Id est indignationem tuam, quod sis pauper ( $\Gamma' \alpha f V$ )

**36.** \* $\langle$ Piacula $\rangle$ ] Mire philosophiam expiationem ait esse uitiorum ( $\Gamma \alpha b$ )

1 glyco  $r$ ] glico  $\gamma\nu b f V$  glic̄ (= glicon)  $\alpha$  athleta  $r \alpha f$ ] adleta  $\gamma\nu V$  at letab 2 apud  $\nu_1 b pr.$ ] apud  $\Gamma \alpha f v$  corr.  $b$  corr. post  $V$  (*ortum ex ap*) 5 chiragricus  $\alpha$ ] chiraicus  $\gamma V$  chyragricus  $r$  chiragricus  $v$  parum liquet  $b$  est] om.  $\alpha$  7 unde — laborant] fort. interpol. unde  $\gamma\nu \alpha V$ ] inde  $r$  chiragrici  $\gamma\nu \alpha V$  chyragrici  $b$  corr. chigrici  $b$  pr. chyrurgici  $r$  uocantur  $\Gamma' V$ ] uocant  $b$  dicuntur  $\alpha$  8 ergo] om.  $b$  9 glico  $\gamma\nu \alpha b V$ ] glico gigas  $r$  ideo  $\Gamma' b V$ ] tamen  $\alpha$  12 comprehendend  $r b$ ] compr:  $\gamma\nu V$  13 esse  $K.$ ] non posse  $V$  posse cett. 15 peruenire ad s: s:  $V$ ] ad summam philosophiam (philosophie  $\alpha$ ) peruenire  $\Gamma' \alpha b$  16 quadam: — id est quodam prodire tenus id est  $\alpha$  quodam  $r v$ ] quodam  $\gamma b V$  corr. quedam  $V$  pr. dixit  $V$ ] om.  $\Gamma' b$  hactenus] actenus  $v V$  hactenus, noue  $\Gamma$  id est  $V$ ] om.  $\Gamma' b$  ad  $b$ ] om. cett. 17 ut — tenus] om.  $\alpha$  19 katatoyautoy  $\Gamma' \alpha f$  23 esse] om.  $r \alpha$

**37.** <Pure>] Bene lecto libro atque recte: sine cogitatione libidinis ( $\Gamma' \alpha b V$ )

Ita ait ‘ter pure’ ut ter mergunt, qui se expiant, ut Persius (2, 15. 16):

Merge

5

Mane caput bis terque et noctem flumine purgas  
( $\Gamma' \alpha b f V$ )

\*<Ter pure lecto>] Quasi sacrosanctum sit aliquid in praecepsit philosophiae ( $\Gamma \alpha b$ )

**40.** \*Omnis hic locus consonat Tusculanis disputa- 10  
tionibus (II 5, 13) ( $\Gamma \alpha f$ )

**42—48.** <Vides — discere et audire et meliori cre-  
dere non uis?>] Sensus [talis] est: cur non maiora uitia  
metuatis, cum minora uitia refugiatis? ( $\Gamma' \alpha V$ )

Vt consequaris honorem et diuitias, omnia perfers et 15  
non uis ea discere, quibus possis contempnere, quae sunt  
periculo comparanda? ( $\Gamma' b V$ )

**43.** \*<Turpem repulsam>] Quam tu existimas tur-  
pem, non quia ex sententia sua hoc dicit ( $\Gamma' \alpha b$ )

**47.** \*Vt contempnas ea, quae stulte miraris, non 20  
uis discere? ( $\Gamma' b$  cons.  $\alpha$ )

\* $\Upsilon\sigma\tau\epsilon\varrho\sigma\upsilon$  πρότερον: nam prius audimus, postea  
discimus ( $\Gamma \alpha b$ )

**48.** <Meliori>] Idest doctori, praceptoris, philosopho,  
et hoc interrogatiue dixit ( $\Gamma' \alpha b V$ ) 25

1 libro  $\nu V$ ] om.  $\Gamma \alpha b$       6 bis — purgas] om.  $V$       et —  
purgas] //  $\nu$       13 sensus est  $\gamma \alpha$ ] sensus talis est  $V$  sensus  
est talis  $\nu$  sensus  $r$       non maiora uitia  $\Gamma$ ] maiora uitia (uicia  $V$ )  
non  $\nu V$       14 refugiatis  $K.$ ] recipiatis  $\gamma \alpha$  Hauthal recipitis  $\nu$   
recuperatis  $V$  suscipiatis  $r$  cupiatis  $b$ , sed falso loco, scilicet  
inter ‘iani’ et ‘ante’ in schol. 54, uid. stud. Vindobon. 1901  
p. 115 sq.      16 quae  $\Gamma V$  queque  $b \nu$  quaeque = quaecumque?

17 periculis  $b$       22 ΥCTHPOPTROTHPOM  $r$  isteron proteron  $\gamma$   
ysteroproteron  $b$  ystero proteron  $\alpha$       24 idest  $\nu V$ ] om.  $\Gamma \alpha b$   
25 dixit  $V$ ] om.  $\Gamma' \alpha b$

**49—51.** Idest libenter solitum (*leg. solitus*) obire certamina, sed ignobilia. Ideo enim dixit 'circum pagos'. Huic si detur spes sine labore ad Olympiacam coronam perueniendi, magna cupiditate debet accurrere. Quod 5 euenire potest de philosophia, quae praestat sapientiam, idest sanitatis effectum ( $\Gamma'\alpha bV$ )

Idest omnibus optabile est mereri coronam sine labore, ac per hoc ostendit utilius esse homines per praecpta philosophiae cum otio damna paupertatis releuare, 10 quam per pericula, quae subeunt terra marique ( $\Gamma'\alpha bV$ )

\*'Compita' dicuntur, quae patent in multas uias ( $\Gamma\alpha b$ )

Sensus: quis possit, inquit, ad palmam sine certamine peruenire? Philosophiae autem appetentia sine certamine dicit ad gloriam ( $\Gamma'\alpha bV$ )

15 Ipse potest contempnere, cui est spes honestae uitae. Cui est dulcis uita sine palma, ipse contempnit; idest philosophus est ( $\Gamma'\alpha bV$ )

Sine studio certaminis, quo certamine adquiritur palma ( $\Gamma'\alpha bV$ )

20 **53.** Haec repetitio ostendit contemnendam esse pecuniam ( $\nu bV$ )

**54.** Duo Iani ante basilicam Pauli steterunt (*cf. Porph.*), ubi erant loca fenerorum. Aliter: Ianus dicebatur locus, in quo solebant conuenire feneratores (*cf. 25 Porph.*); idest omnes, qui conueniunt ad Ianum, haec locuntur ( $\Gamma'\alpha bV$ )

1 idest] *om. νV*      2 set γ      4 <debet cu>piditate b  
 cupiditate  $\Gamma\alpha$ ] cupidine  $\nu V$       5 de phil: potest  $\Gamma'\alpha b$   
 7 optabile  $\Gamma'\alpha b$ ] optale  $V$  opitale  $\nu$       9 damna γb] dampna  
 cett.      10 terra et mari  $V$       11 competa γ *om. α*      12 sensus  
 — inquit et sine certamine *per neglegentiam* *om. V*      17 est  
*r cons. b*] *om. γαν V*      18 adqu: palma] *per neglegentiam* *om. V*  
 20 contemnendam (contempn:  $\nu$ ) esse pec:  $\nu b$  p: esse contemnen-  
 dam  $V$       23 erat locus γανbV] erant loca  $r$       fen: γνb] foen:  
 cett.      24 (fen: γανb)      25 omnes  $r\alpha\nu bV$ ] *om. γ*      26 locuntur  
 $r\alpha\nu b$ ] loquuntur γ  $V$

**55.** <Dictata>] Quae in scolis accipiunt ( $\Gamma' \alpha b V$

Quasi praecepta a parentibus data. Dictata proprie dicuntur, quae pueris a librario dictantur. Aliter: idest has fabulas senes docent et pueri, quibus par inperitia in animo est, ac per hoc sunt contemnenda, quae dictitant. 5  
Aliter: maximus minimusque homo Romanus hoc dicit ( $\Gamma' \alpha b V$

**56.** Consuetudo quondam fuit Romae, ut iuuenes philosophiae studentes et senatores in Curiam intrantes in lāeuo brachio ferrent tabulas ad aliquid exarandum et 10 loculos ad aliquid sibi emendum, ut ostenderetur, quia qui uolunt diuites esse sapientiae primo se studio conferre debent ( $\Gamma' b V$

\*'Loculos' dixit, in quibus graphia chartaeque ponuntur ( $\Gamma \alpha$

**58.** Alia subiectio: sed plebeius eris, si a quadringentis milibus sex aut septem milia minus habueris, quia Otho Roscius, tribunus plebis quidam, iussit non debere fieri equitem Romanum, nisi eum, qui habet quadringenta milia ( $\Gamma' \alpha b V$

**59.** <Plebs eris>] Hoc est: in quattuordecim ordinibus non sedebis ( $\Gamma' \alpha b V$ ,  $v$  bis

Idest etiam pueri dicunt summum bonum esse uirtutem. Aliter: etiam pueri dicunt: qui recte uiuit, rex est. Dicit: praecepta philosophiae etiam pueri didicerunt, 25 ex quo grauat legem Othonis ( $\Gamma \alpha b V$

3 aliter] om.  $b$  4 par  $\Gamma' \alpha b$ ] om.  $V$  inper:  $\gamma$ ] imper:  
 cett. 5 in  $V$ ] om.  $\Gamma' \alpha b$  animus  $\gamma \alpha b v$  est  $\Gamma' b$ ] om.  $V$   
 (est animus  $\alpha$ ) contemnenda  $v$ ] contempn:  $\Gamma \alpha b V$  6 aliter  
 om.  $b$  homo] om.  $\alpha$  10 exarandum — emendum] sibi  
 emendum et ad aliquid exarandum  $V$  11 sibi em:] emen-  
 dandum  $b$  emendum  $r$  12 se st: c: om. debent  $\gamma v V$  debent  
 studere  $r$  14 loculos  $r$ ] om.  $\gamma \alpha$  grafia  $\gamma \alpha$  17 quia — plebis]  $om. V$  18 tr: pl: om.  $b$  19 qui habet] om.  $V$  21 hoc  
 est  $\Gamma \alpha b V$ ] idest  $v$  quattuordecim  $\gamma$  IIIIX  $v$  XIII.  $\alpha b$  quatuor-  
 decim  $r$  quarto decimo  $v$  alt.l.  $V$  ordine  $v V$  23 idest — aliter]  
 om.  $\alpha$  etiam (ec:  $r$ ) pueri  $\gamma$  pueri eciam  $b$  pueri  $V$  24 etiam  $\gamma$ ]  
 eciam  $r \alpha b$  om.  $V$  uiuit] facit  $\alpha$  25 etiam pueri  $\gamma$ ]  
 pueri etiam  $b$  pueri eciam  $r$  pueri  $\alpha V$

**62.** \*Quae senatori certam summam patrimonii statuit ( $\Gamma'\alpha b$ )

**63.** <Nenia>] Ludus, cantilena, quia dixit 'ludentes'. Aliter: nenia laus mortuorum, sed hic cantilena, ut alibi 5 (*carm. III 28, 16*):

Merita nox quoque nenia ( $\Gamma'\alpha b V$ )

**64.** Curius uir fortissimus fuit [Romanus], qui Corinthios uicit ( $\Gamma'\alpha bf V$ )

Hoc dicebant et Curi et Camilli, is regnum habet, qui possit recte facere. Sic lusit Curius Dentatus, sic Furius Camillus, et tamen recte facere ludendo didicerunt ( $\Gamma'\alpha b V$ , sic — did:  $\nu$  bis)

**65.** Ros<c>ia ( $\alpha$ )] Id est Roscius melius docet, qui dicit undecumque habendam esse pecuniam, an philosophus 15 docens contempnendam esse superbam fortunam? ( $\Gamma'\alpha b V$ )

<Suadet>] Suademus etiam ad mala, hortamur ad bona ( $\Gamma'\alpha b V$ )

**67.** Pupius tragoediographus ita affectus spectantium mouit, ut eos compelleret ad lacrimas, unde distichon 20 fecit (*Pup. trag. fragm., cf. Baehrens fr. poet. Rom. 348 et Welcker Gr. trag. 1433 sq. I 406*):

Flebunt amici et bene noti mortem meam;

Nam populus in me uiuo lacrimauit satis ( $\Gamma'\alpha bf V$ )

**68.** <Responsare>] Contumaciter respondere; is re-

1 patrimonia  $rb$       3 ludus — ludentes] ludicra cantilena  $\alpha$       4 aliter nenia] t lenia  $\alpha$       nenia  $\Gamma' b$ ] lacuna  $V$   
 7 fortissimus  $\nu V$  cons. *Porph.*] fortis  $\Gamma\alpha bf$       romanus  $\Gamma'\alpha bf$ ] om.  $V$       9 camilli  $\Gamma\alpha b$ ] camillus  $\nu V$       is  $\Gamma\alpha$  his  $b$  om.  $\nu V$   
 13 qui d: und:] om.  $V$       14 an] quam  $V$       16 ad mala  $\Gamma\alpha b$ ] ad alia  $V$  malia  $\nu$       18 pupius  $bf\nu$ ] pubius  $V$  pupus  $\alpha$   
 puppius  $\Gamma$       adf:  $\gamma\alpha b\nu$ ] affectus  $rfV$       19 compelleret ad lacrimas  $r$ ] compelleret  $\gamma\alpha\nu bV$  flere compelleret  $f$       distichon fecit] disticon fecit  $\Gamma'$  distichi confecit  $\alpha$  distrahi confecit  $V$  dicti confecit  $f$  [con fecit  $b$       23 in] om.  $rb$       24 contumaciter *hic om.  $\gamma\alpha$*       respondere is] om.  $\gamma$       respondere is respondit (repondit  $b$ ) contumaciter] respondit is  $V$  quis respondit contumaciter  $\alpha$ , uid. stud. *Vindobon.* 1901 p. 116

spondit contumaciter, qui aduersa aequo animo tolerat ( $\Gamma' \alpha b V$ )

**70.** Si, inquit, interroget me populus Romanus, quare non aequaliter sentio cum illis amando, quae ipsi amant, idest diuitias, et fugiendo, quae ipsi fugiunt, idest paupertatem, cum non solum in una urbe, sed etiam in una porticu cum eis sedeam, respondebo, quod uulpes respondit. Quodam enim tempore leone  $\langle a \rangle$ egrotante, cum omnes ferae ad eum uisitandum uenirent easque deuoraret intrantes ad se in caueam, tandem uenit et uulpes ad ostium caueae. Quam coepit leo hortari, ut ad se introiret. Respondit illa: terrent me [inquit] uestigia ingredientium, sed non reuertentium. Quod dicit poeta: ideo non consentio uobis diligendo diuitias, quas amatis, quia neminem uestrum diuitiis prosperare uideo ( $\Gamma' \alpha V$  15 cons. b)

**71.** Iudiciis ( $y b$ )] Consiliis uel opinionibus, quibus uulgus fruitur ( $\Gamma' (r \alpha v) b V$ )

**74.** \*Quia periculose tecum consenserunt alteri, ut Gra $\langle c \rangle$ chi de lege agraria ( $\Gamma' b$ ) 20

Idest quia si quis populi sequitur uoluntatem, nullum iam habet circa sapientiam respectum ( $\Gamma' b V$ )

**77.** Arguit diuersitatem uotorum; haec sunt paradoxa Stoicorum ( $\Gamma' b V$ )

\* $\langle$ Conducere $\rangle$ ] *Mισθοῦσθαι*; in publicis actibus demorari ( $\Gamma' b E$ ) 25

**78.**  $\langle$ Venentur $\rangle$ ] Insidiis capiant (captent?) ( $\Gamma' \alpha b V, v bis$ )

$\langle$ Auaras $\rangle$ ] Parcas, ac per hoc diuites ( $\Gamma' \alpha b E V$ )

**79.** Idest quorum poscant patrimonium, lacerent atque tollant ( $\Gamma' b$  cons. V, ubi post 'diuites' extat 'atque' 30

3 interrogauerit  $r b$  7 quod] quae b 10 uulpes  
 $\gamma \alpha v V$ ] uulpis  $r$  12 inquit  $\gamma v$  om.  $r \alpha V$  17 consiliis] om.  $v$   
21 idest  $\Gamma' b$ ] om.  $v V$  25 *ΜΥCΘΟΥYEΘAI*  $r$  om.  $\gamma b E$  de-  
uidentur ad u. 106 27 capiant  $\Gamma' \alpha$ ] captare  $V$   
demorari in publicis rebus  $E$  27 capiant  $\Gamma' \alpha$ ] captare  $V$   
captant  $v$  alt. *l.* capientur  $b$

⟨In uiuaria⟩] Ad retia, ad nasas ( $\Gamma' b E V$

80. \*⟨Occulto⟩] Quia paulatim crescit foenus non sentientibus debitoribus ( $\Gamma \alpha b$

81. ⟨Esto⟩] Sensus: fero, inquit, quod non sit omnium 5 una sententia; illud non tolerabile, quod proposita sua mutant in horas ( $\Gamma' b V$

84. Id est etiam mare et lacus diuitium consentit sententiis, quia supra mare et lacus exstruunt aedificia ( $\Gamma' \alpha b V$

10 86. \*Hoc est: primo delectatur in mari ⟨a⟩edificare; mox mutata uoluntate et in mediterraneo. Teanum Sidi-  
cinum enim in mediterraneo positum est ( $\Gamma \alpha b$

\*Continuo iubet ferramenta transferri ad conponen-  
dum praetorium ( $\Gamma' \alpha b$

15 87. \*⟨Lectus genialis⟩] Μεταφορικῶς.. Lectum ge-  
nialem uxorem dicit ( $\Gamma b f E sim. \alpha$

90. Mire respondit, quoniam supra (u. 76) dixerat:

Belua multorum es capitum ( $\Gamma' b V sim. \alpha$

Ex fabula Virgilii (*georg.* IIII 387—414) facit pro-  
20 uerbum, qui narrat Prot[h]eum, uatem Neptuni, in  
mille formas mutari, et est sensus: nescio, quomodo  
possum uti tali homine, qui s⟨a⟩epe mutat propositum  
suum ( $\Gamma' \alpha V om. b$

Id est quibus iurgiis, quibus praeceptis, qua doctrina

1 nasas] nasas haec nas  $\Gamma' b V$  nasas hec nas  $E$  dicimus  
*odd. V, fort. scrib.* haec nasa dicimus 7 id est] *om. \alpha V absc. b*  
diuitium  $\gamma$ ] diuitium *cett.* 8 supra — lacus] super ea  $\alpha$   
exstruunt  $\Gamma$  *cons. b]* extruunt  $\alpha V$  extruit  $\nu$  11 et] *om. \gamma*  
sidicinum enim] dicit quod  $\alpha$  sidicinā /// in med:  $b$   
12 enim  $r$ ] *om. \gamma eras. b* est  $r \alpha b$ ] *om. \gamma* 13 continuo]  
*mox \alpha, absc. b* conpon:  $r$ ] compon:  $\gamma \alpha b \nu$  15 ΜΗΤΔΦΟ-  
ΠΙΚΟC  $r$  metaphoricos  $\gamma b f E$  18 es  $V$ ] esse  $r$  est  $\gamma \nu$  *om. b*  
19 uirgilii  $\Gamma'$  uirgiti  $V$  uirḡ  $\alpha$  facit — propositum] *om. \alpha*  
facit] fecit  $V$  21 et est] *om. \nu* 22 possum  $\gamma \alpha \nu V$ ] pos-  
sim  $r$  23 suum  $V$ ] *om. \Gamma' \alpha* 24 id est] *om. \alpha V, absc. b*  
quibus pr:] *om. b*

possim huiusmodi hominum inconstantes obiurgare sententias? ( $\Gamma' \alpha b V$

92. Idest similiter pauper alienum nauigium fastidit et cupit mutare quemadmodum suum, ac per hoc ostendit in nulla re homines habere constantiam, sed esse mutabiles ( $\Gamma' \alpha b V$ ) 5

93. Nauseare <in>proprie dicuntur, quibus eadem fastidium afferunt, et hic proprie 'nauseat', quia nauis fecerat mentionem ( $\Gamma' \alpha b E V$ )

<Priua>] Propria. Alii priuam intellegunt, quae 10 una uni adsignatur, quae hic et priuata possit intellegi ( $\Gamma' b V$ )

94. \*<Inaequali>] Inperito, qui inaequaliter tondit, et est ypallage ( $\Gamma \alpha b f$ )

95. \*Subucula (b)] Proprie dicitur pannus additicius, 15 a subiendo uel subsuendo ( $\Gamma' \alpha b E$ )

\*Pexa tunica est, quae demissa est usque ad talos, sicuti (*Iuuen.* 11, 149. 150) pexi capilli: demissi ( $\Gamma' \alpha E$ )

96. \*<Dissidet impar>] Non aequalis sedet in humeris ( $\Gamma \alpha b f E$ ) 20

101. Idest cum haec omnia fecero, putas me communem errorem pati, et ideo non magis curam adhibes quam sano ( $\Gamma' \alpha b V$ )

102. <Curatoris>] Qui solet dari insanis; ac per hoc 'monitoris'. Sensus: tu castigator et monitor in 25 leuissimis reprehendis, maiora non corrigis ( $\Gamma' \alpha b V$ )

103. Mos erat Romanorum, ut paruulis remanentibus orphanis a praetore daretur patronus et procurator illorum substantiae quilibet ex propinquis. Si propinquus abasset, dabatur bonae famae homo ( $\Gamma' \alpha b V$ ) 30

1 possim  $\Gamma \alpha b$ ] possum  $\nu V$  hominum post obiurgare pon.  $V$  3 idest] om.  $V$ ,  $absc. b$  fastidit nauigium  $V$  7 em.  $K$ .

9 mentionem fecit  $V$  10 propria  $\Gamma b$ ] om.  $\nu V$  11 ads:  $r$ ] assignatur  $\gamma \nu V$  18 sicuti — demissi om.  $E$  19 in] om.  $\gamma E$  21 communi errore  $r cons. b$  23 quam sano  $V$ ] ut insano  $\Gamma' \alpha b$  24 ac — corrigis] om.  $\alpha$  26 lenissimis  $\nu$  29 abasset  $\Gamma' \alpha$ ] deasset  $V$ ,  $absc. b$

Idest cum sis adiutor fortunarum mearum et uideas  
me istis modis insanire, non curas dandum esse mihi  
curatorem a praetore? ( $\Gamma'\alpha V$ , b absc.

106. Iam redit ad sententiam Stoicorum: in hoc  
5 sapiens Ioue minor est, quia moritur. Aliter: uno minor  
Ioue est, quod in caelo non est ( $\Gamma(rE)V$ , b absc.

108. Tangit hic Stoicos, qui dicunt sapientes bene  
sanos, etiamsi aegrotent [sanos esse]. Ego autem dico  
sanum esse sapientem, si sine morbo est; idest [etiam]  
10 sanus est sapiens, si non indigestione laboret. Et hic  
satyrice dicit, idest sanus est, si non male habet  
( $\Gamma'\alpha b E V$ )

'Pituita' proprie est morbus capitis, uel uitium  
gallinarum atque pullorum ( $\Gamma'\alpha E V$ )

15 Pituita] Sineresis (leg. synaeresis) ( $\nu V$ )

---

## EPIST. 2

1. In hac epistola illud ostendit, in dupli opere  
Homerum duo uitiae exempla monstrasse: uirtutis ac sa-  
pientiae. Hanc autem epistolam scribit ad Lollium con-  
20 sularem ( $\Gamma' V$  cons.  $\alpha$ )

Horatius [hic] cata theorian Homerum legerat, idest  
ut disceret carminis dispositionem tantum ( $\Gamma b V$ )

Aliter: in hac epistola uult ostendere apertius et

2 cures  $V$  curatorem mihi  $\nu V$  4 iam redit ad sen-  
tentiam  $V$ ] sententia  $rE$  8 sanos esse om.  $\alpha$  esse  
om.  $E$  9 etiam  $\Gamma\alpha$ ] eciam  $b$ , om.  $\nu V$  post est pon.  $E$   
10 hic satyrice  $b$ ] hic satirice  $\Gamma\alpha E$  hic satire  $\nu$  hac satyra  $V$   
11 dicit] loquitur  $r$  habet  $\Gamma'E$ ] habeat  $V$  habens  $\alpha$   
13 pituita] om.  $\gamma\alpha$  est — pullorum] om.  $\nu V$  15 pituita  
dedimus ex conjectura: ipsum schol. in  $\nu V$  extat ad epist. 2, 7  
cum lemmate collisa (collisa  $V$ ) 21 hic om.  $V$  cata  
theorian  $\gamma b$ ] catheorian  $r$  cathegoria  $V$  22 ut  $\Gamma b$ ] om.  $V$   
tantum  $\gamma b V$ ] tamen  $r$  23 aliter  $\Gamma$ ] om.  $b\nu V$

melius se discere praecepta philosophiae ab Homero quam  
a philosopho ( $\Gamma' \alpha b V$ )

4. Crisippus Apolloniensis antistes fuit sectae Stoicae;  
Crantor eiusdem ciuitatis, pulchritudine corporis conspi-  
cuus, non tantum a Xenocrate, praeceptore suo, sed etiam 5  
a Palemone, qui Xenocratis scholam excepit, in eo (*leg.*  
*ideo*) amatus est, qui (*leg. quia*) placebat. Consecutus est  
autem in Academia maximam dignitatem ( $\Gamma' \alpha V$ )

7. 'Duello' bello; et dictum duellum, quod inter  
duas partes geratur ( $\Gamma' E V$ ) 10

9. 10. Docet, quomodo causa perturbationis fuit re-  
gibus commissum Paridis ( $\Gamma' \alpha b E V$ )

10. Dicebat Paris uoluntatis esse, non necessitatis,  
recte uiuere ( $\Gamma' \alpha b V$ )

'Beatus' in uoluptatibus constitutus potiatur no- 15  
luptate. Aliter: uoti compos fruens amica, secundum  
opinionem Paridis ( $\Gamma' \alpha b V$ )

12. <Inter Peliden . . . et inter Atriden>] Isti enim,  
idest Achilles et Menelaus, licet unius partis essent, ple-  
rumque erant inimici ( $\Gamma' (\gamma \alpha \nu) b V$ ) 20

14. \*<(Plectuntur)>] Patiuntur. 'Venusinae plectantur  
siluae' (*carm. I 28, 26. 27*) ( $\Gamma b$ )

15. Seditione, dolis et ira peccatur apud Graecos,  
scelere et libidine apud Troianos, aut ab omnibus ubique  
peccatur ( $\Gamma' \alpha b V$ ) 25

17. Ideo discreuit, quia uirtutem patientiam dixit,  
sapientiam autem pro prudentia ( $\Gamma' \alpha b V$ )

3 (crisippus  $\Gamma' \alpha V$ )      4 pulcrit:  $\gamma V$       6 scholam  $V]$   
cholam  $\nu$  scolam  $\Gamma$  scolas  $\alpha$       in eo] ideo *Hauthal* adeo  
*Cruquius*      7 armatus  $V$       8 autem] *om. \alpha \nu*      achademia  $\Gamma' V$   
achademiā  $\alpha$       9 duello bello et  $r E$ ] *om. \nu V* duello bello  $\gamma$   
14 recte uiuere] *om. \alpha*      15 beatus] *om. \alpha*      const:] pos-  
itus  $V$       uoluptatem  $\nu V$       16 fruens  $\Gamma \alpha$ ] frueris  $\nu V$   
17 paris  $\nu V$       19 menelaus] Agamemnon *edit.*      23 (apud  $\nu$   
utribique)      24 ab  $r$ ] *om. \gamma \alpha \nu V* *absc. b*      27 pro prudentia  
 $r \nu V]$  prudentiam  $\gamma \alpha b$

19. Versus ex Odissiae sumpti principio, ut in arte poetica (*u.* 142):

Qui mores hominum multorum uidit et urbes

(Γ' α b V

5 21. Hoc est: asperitatem casuum ita pertulit, ut nec undis obrui posset (Γ' α V

23. Circe (*codd. perperam* Penelope) meretrix fuit, quae amatores suos sua pulchritudine fecit luxuriosos (Γ' α V

10 \*Non Circen dicit meretricem fuisse, sed significat fabulam hanc iuxta Stoicos fuisse fictam, qui auaritiam et cupiditatem ac libidinem dominos uocant, et eos dicunt solos esse liberos, qui uitiis carent (Γ' α

27. *[Nos numerus sumus]*] Vulgares sumus, uiles (Γ' α b V

15 28. *[Sponsi Penelopae]*] Proci, quos Homerus enumerat (Γ' b E V

'Nebulones' perditi, luxuriosi, molles, inepti. Varro: obscuros, ignoto loco natos (Γ' α V

20 [Aliter: nebulones sunt homines callidi et simulators mendacesque (*sim. ε*), dicti a nebula, quod obscuri sunt (αν V]

'Alcinoi' luxuriosi ab Alcinoo, rege Pheacum, ac per hoc Pheacas uoluptate gaudentes debemus acci-  
25 pere (Γ' α V

[Aliter: Alcinoi mendaces ab Alcinoo rege Pheacum, qui fuit mendacissimus (αν V cons. ε)]

29. *[In cute curanda]* In curando corpore (Γ(γ E) V

31. \**[Cessatum ducere curam]* Ad cessandum curas  
30 trahere, ut (*Verg. Aen. VIII 241*):

Quaesitum Aenean et moenia Pallantea (Γ' α

3 et urbes] *om. ν V, absc. b* 5 hoc est] *om. α* 8 suos  
sua Γ' α] suas V pulcritudine V luxuriosos Γ' α] uolup-  
tuosos V 10 circem γ circē α 14 uiles] *om. b* 20 aliter]  
*om. α, quia hoc schol. ante illud 'nebulones — natos' exhibet*  
26 aliter alcinoi] *om. α*

**33.** Per philosophiam discendo rectam uiam, ut leues te noctu et praecepta philosophiae legendo instituas ( $\Gamma' V$ )

**34.** Idest si nolueris uentura uitia propellere a te, cum te oppresserint, tunc conabere illis resistere frustra, 5 cum nihil proficies ( $\Gamma' \alpha V$ )

Stoici stultos sanos negant esse. Est ergo sensus: si hoc laborare nolis, ut sis sapiens, aliud necessario laborabis ( $\Gamma' b V$ , sed  $b$  propemodum euanuit, om.  $\alpha$ )

Quoniam hydropici iubentur a medicis currere; ita 10 enim morbus eorum solet extenuari labore ( $\Gamma' (r\alpha\nu) b V$ )

**36.** Si non, inquit, propter philosophiam uigilaueris, propter inuidiam et amorem dormire non poteris ( $\Gamma' V$ )

**37.** \*Idest quando senseris maximum esse dispendium sapientia caruisse ( $\Gamma' b$ )

15

**40.** Vt (*Verg. Aen. VIII* 364):

'Aude, hospes, contempnere opes'.

'Aude sapere' aude continentiam sequi, idest aude discere philosophiam ( $\Gamma' \alpha b V$ )

**41.** Recte uiuendi prorogat horam ille, qui tempus 20 discendi distulerit, idest qui differt discere, quod necessarium est ( $\Gamma' \alpha b V$ )

Sensus hic est: qui ullum praeterit tempus, quo melior fieri non laboret, stultus ac rusticus habendus est similisque ei, qui cursum fluminis spectat, tamquam finem 25 aliquando facturi ( $\Gamma' b V$ )

Qui autem institutum bonae uitiae in tempus differt, rusticus similis est expectanti ad explendum omnem flu-

1 per  $\Gamma'$ ] om.  $V$  et edit. 7 s: negant esse  $\gamma V$ ] s: esse  
 n: r <esse s>anos negant b 8 laborabis] cogitabis r  
 10 hydr: r] ydropici  $V$  ydropica  $\nu$  hidropicus  $\alpha$  hidropici b  
 11 attenuari per laborem  $\alpha$  extenuare solet  $V$  labore r]  
 labore b  $\nu V$  12 non ante uigilaueris pon.  $V$ , fort. rectius  
 13 non dormire poteris  $\gamma$  14 idest] om.  $\nu$  16 ut] om.  $V$   
 18 idest] om.  $\alpha\nu V$ , b euan. 23 hic  $\Gamma'$ ] hoc  $\nu V$ , absc. b  
 24 melior fieri non] melius  $V$  28 exspectanti r  $V$  expeccanti  $\alpha$   
 ad — lapsus] cursum fluminis  $V$

minis lapsum [tamquam finem aliquando facturum sit flumen currendi] ( $\Gamma' \alpha b V$ )

**44.** Sensus est: sed stulto nihil satis est ( $\Gamma \alpha V$ )

**45.** \*⟨Pacantur⟩] Excoluntur, arantur, ut Virgilius 5 (*georg.* II 239):

Mansuescit arando ( $\Gamma \alpha b$ )

**46.** Hoc est: cui adest, quod sufficit, huic amplius nihil est quaerendum ( $\Gamma' \alpha b V$ )

Monet hic, si ea, quae cupit quis, adeptus fuerit, 10 cupiditati suae faciat finem [ut alibi ipse (*carm.* III 16, 43. 44):

Bene est, cui deus optulit  
Parca, quod satis est, manu] ( $\Gamma' \alpha b V$ )

**49.** Intellegi uult illum recte ualere, qui quaesitis 15 rebus bene utitur; idest nisi fueris uitiis purus, diuitiae te ornare non possunt ( $\Gamma' \alpha b V$ )

Opus est, ut sit sanus primo, qui uti cogitat praeparatis ( $\Gamma' \alpha V$ )

Sensus est: melius est sanum esse et pauperem, quam 20 in diuitiis aegrotare ( $\Gamma' \alpha b V$ )

**53.** Ostendit surditatem frequenter propter sordes collectas et humorem noxium, qui non curatur, accidere ( $\Gamma \alpha \varepsilon V$ )

**54.** Idest nisi pectus bonum et purum sit, quic- 25 quid huic dederis, non potest esse gratum ( $\Gamma' \alpha V$ )

1 tamquam — currendi  $\alpha$  om. cett. 3 sensus est  $V$ ] sensus  $\Gamma b$  om.  $\alpha$  nihil  $r V$ ] nil  $\gamma \alpha b$  4 arantur] om.  $b$  ut] om.  $r \alpha b$  7 hoc est  $v V$ ] idest  $\Gamma \alpha b$  9 quis  $\alpha V$ ] q[ $\beta$ ] adsequi  $r$  om.  $\gamma v$  10 faciet  $v V$  ut — manu] om.  $v V$  16 te] tote  $v V$  17 sit sanus  $\gamma \alpha$ ] sanus sit  $r b v V$  uti cogitat pparatis  $\gamma \alpha b$  cogitat uti paratis  $r$  paratis i. quesitis (adquisias  $pro$  adquisitis (ut exhibet gloss.  $\gamma$ )  $v$ ) uti cogitat  $v V$  24 idest  $\Gamma' \alpha$ ] om.  $V$  25 huic] om.  $v$

Allegoria: ita tu prodis uoluptates, nisi uitia semoueris, nisi promptum pectus tuum fuerit, doctrina quoque ipsa uitiabitur ( $\Gamma' \alpha b V$ )

**55.** *<Sperne uoluptates>*] Hic non adeo persuadet, ut spernamus, sed illam debes spernere, de qua sequitur dolor. Nam contra dogma suum loquitur, si ab Epicureorum secta discedit ( $\Gamma' \alpha b V$ )

**56.** *<Pete>*] Pone; idest ne cum peruerteris ad uotum, alia optare incipias ( $\Gamma' \alpha b V$ )

**58.** Duo Siciliae tyranni, Falaris (*item Porph.*) 10 Agrigentinus et Dionisius Siracusanus, crudelissimi ( $\Gamma' \alpha b f V$ )

**59.** Nam ira, quae ratione caret, contractum condempnat et optat infectum ( $\Gamma' \alpha f V$ )

Idest cupit infectum esse hoc, quod fecit, dum propter nimium odium poenas exigit grauiores ( $\Gamma(r\alpha)b V$ ) 15

\*Antiqui definierunt, inter quas (*leg. quos*) et Varro: iram esse subitam et breuem commotionem animi ( $\alpha$ )

**59—61.** Nam furore committimus, quod ira flagramus ( $\Gamma' \alpha V$ )

**61.** Sensus: dum adhuc inulto odio — odium autem 20 pro ira inpatientius vindictam desiderat — per uim cupit poenas exigere. Aliter: poenas festinat, ut (*Verg. Aen. VIII 454*):

Haec pater Aeoliis properat dum Lemnius oris  
( $\Gamma' \alpha b V$ )

**62. 63.** Nam animus, nisi oboedierit, incipit imperare. Imperium autem animi semper intolerabile est ( $\Gamma' \alpha V$ )

1 semoueris  $\gamma \alpha b v$  alt. l.  $V$ ] semoris  $r v$  alt. l. 2 et nisi promptum  $r$  promptum  $r \alpha b$  ut uid.  $v$ ] promptum  $\gamma V$   
6 nam — suum]  $euan. b$  dogma  $\Gamma'$ ] docma  $V$  dignū  $\alpha$   
 $euan. b$  8 pone]  $om. b$  i. ne cum  $\Gamma \alpha b$ ] mecum  $v$  ne  
cum  $V$  11 crudelissimus  $V$  12 condempnat  $\Gamma \alpha f$ ] con-  
tēpnat  $v V$  18 quod] quando edit. 20 Sensus est  $\alpha$   
21 post ‘pro ira’ parenthesin claudunt  $b$  et ut uid.  $\alpha$ , *item*  
*Hauthal*

Nam animus id facit, quod eum fecisse poeniteat,  
dum poenas festinanter exigit ( $\Gamma' \alpha b V$ )

**67.** Cito, dum puer es, percipe praecepta philosophiae. Ad Lollium scribit adulescentem oratorem  
5 ( $\Gamma' \alpha b V$ )

**68.** \*  
( $\Gamma' \alpha b V$ ) **[Idest]** philosophis [et] magistris

**69.** Illi sensui (u. 54) respondit:

Sincerum est nisi uas quodcumque infundis acescit.

10 'Semel' pro 'primum' ut Maro (*Aen.* XII 208 sq.):

Cum semel in siluis imo de stirpe recisum  
Matre caret ( $\Gamma' \alpha b V$ )

**70.** Nec cessantem expecto nec urgeo praecedentem.  
Hic ostendit non ad alienum arbitrium se, sed ad suum  
15 proficere ( $\Gamma' \alpha b V$ )

**70. 71.** Hoc loco dehortatur tarditatem et hor-  
tatur strenuitatem ( $\Gamma' \alpha b V$ )

### EPIST. 3

**1.** Iulius Florus, ad quem haec scripta mittuntur,  
20 in cohorte fuit amicorum, idest inter comites Tiberii  
Neronis Claudii, qui ab Augusto imperium accepit, quia  
natus Liuia et ideo fuit adoptius Augusti; fuit autem  
amicus Horatii ( $\Gamma' \alpha b f V$ )

1 nam — poeniteat] *om. r*      nam animus *v V*] idest  
 $\gamma \alpha b$       2 dum — exigit] *om. ab*      3 cito] I. cito *v*      4 adul: *r*]  
 adol: *ab v V* adhol:  $\gamma$       or:] et oratorem *v V*      6 idest *v*  
*om. \Gamma \alpha b V*      et *V om. \Gamma' \alpha b*      9 acescit *b*] acescit *rv* accessit *V*  
 acescessit  $\gamma$  a.  $\alpha$       13 expecto  $\Gamma \alpha b$ ] expeto *v* exspecto *V*  
 14 arb: se  $\Gamma'$ ] se arbitrium *V* arbitrium  $\alpha$ , *absc. b*      19 ad  
 — mittuntur] hic  $\alpha$       22 natus] natus est *f*      liuia  $\Gamma \alpha b f$ ]  
*iulia v V*

3. \*⟨Vinctus⟩] Quia tardior est meatu niue, strin-  
gendo per hiemem ( $\Gamma' \alpha b f$ )

\*Tardi enim fluere uidentur amnes cum redundant  
crustis ( $\nu$ )

4. Inter Seston et Abidon ut Lucanus (VI 55): 5

Tot potuere manus adiungere Seston Abido

( $\Gamma' \alpha b V$ )

Turres dixit has urbes, quia in alto sunt positae  
hae ciuitates Hellesponti, aut certe pro urbibus turres  
dixit ( $\Gamma' \alpha b V$ ) 10

5. \*Hinc dictum (*Verg. georg.* I 103):

Et ipsa suas mirantur Gargara messes ( $\Gamma' \alpha b$ )

6. ⟨Quid studiosa cohors operum struit⟩] Laboriosa  
Drusi legio ( $\Gamma' \alpha b V$ )

Idest quid legio faciat, aut studiosam cohortem uo- 15  
cauit familiam Neronum, quae carmina facere diligebat.  
Nam erat Tiberius litterarum amicus ( $\Gamma' \alpha b V$ )

8. ⟨Bella quis et paces l. d. i. ae.⟩] Historiam dicit  
aut ipsius Augusti res gestas ( $\Gamma' \alpha b V$ )

\*⟨Paces⟩] Noue dictum, cum grammatici negent plu- 20  
rali numero declinari ( $\Gamma' \alpha b$ )

9. ⟨Titius⟩] Qui cito auctoritatem habebit inter  
summos carminis sui ( $\Gamma' \alpha b V$ )

1 est  $r \alpha b f v$ ] om.  $\gamma$  meatum  $b$  niue stringendo K.,  
uid. stud. *Vindobon.* 1901 p. 117] niue stridendo  $\gamma \alpha b f v$  niues  
trudendo  $r$ ; cf. stricti amnes *Valer. Fl.* 5 seston] feston  $\nu V$   
6 seston abidon  $r$  seston et adibido  $\alpha$  feston abido  $\gamma$  leston et  
abidon  $b$  feston et abidon  $V$  feston et abibon  $\nu$  8 urbes  $b$ ]  
ciuitates cett. quia  $r b \nu V$ ] que  $\gamma$  in alto] om.  $\nu V$  9 hae  
— fin. om.  $\alpha$  10 dixit  $\Gamma b$ ] posuit  $\nu V$  15 idest  $\Gamma$ ] uolo  
scire  $\alpha$ , om.  $\nu V$  absc.  $b$  16 neronum] neronis  $\nu V$  di-  
liebatur  $b$  diligebat cett.; diligere c. infin. = solere etiam alii  
usurpant ut *Palladius* 17 am: litt:  $\nu V$  litt: am:  $\gamma \alpha b$  lit:  
am:  $r$  20 dictum] dixit  $r$  22 habebit  $\Gamma \alpha$ ] habeat  $\nu V$   
habet  $b$  23 sui carminis  $b$

Titius Septimius c<o>perat lirica carmina (*cf. Porph.*) et tragedias scribere temporibus Augusti, sed libri eius nulli extant. Huius insigne monumentum est infra Aricium (Ariciam?) ( $\Gamma' \alpha b V$ )

5 **10.** Hoc est: appetendo carmina Pindari et interpretando non est ausus contempnere ( $\Gamma' b V$  cons.  $\alpha$ )

Idest qui non timuit Pindarici ingenii transferre carmina (*sim. Porph.*). Aliter: non expalluit Pindarici stili magnitudinem sequi, ausus fastidire ingenia uulgaria

10 ac uilia ( $\Gamma' \alpha b V$ )

**11.** Bell<e> ‘a<per>tos’ patentes facile[s] omnibus ( $\nu V$ )

\*Latos faciles aut patentes omnibus ( $\Gamma \alpha b$ , *sed b om.* ‘omnibus’)

15 **12. 13.** Thebanos modos ( $V$ )] Significat Titium lyricum scribere carmen, quia Thebanus fuit Pindarus, idest: adhuc interpretatur Pindarum aut tragediam scribit? ( $\Gamma' b V$  *sim. α*)

**14.** Necesse est enim unicuique poetae aptos suo  
20 poemati ad tempus suscipere mores ( $\Gamma' \alpha b V$

*(Ampullatur)*] Vt superius (*a. p. 97*):

**19.** \*Hic uersus non stat nisi sola auctoritate (*Γ'bf*

\*Cae secundum antiquos, qui cauo, cauis dicebant (*gloss. α*)

---

## EPIST. 14

**1.** Castigat uilicum suum, quod illi ager sordeat, 10 quem quinque aliquando possederint senatores (*Γ'bfV*)

**2.** Habitatum <quinque foci> (*V*) Hoc est quinque dominis aut domibus (*Γαbf*)

**3.** Varia oppidum in Sabinis olim, nunc uicus imminens Anieni (*Γ'αbfEV* 15)

Sensus est: uideamus utrum tu agrum an ego animum melius colam. Ad octauum lapidem ultra Tibur, via Valeria. Va[le]rienses ergo senatores agellum suum possedisse significat (*Γ'αbfV*)

\*Hic Lamia, quem in carminibus alloquitur (*carm. 20 III 17, 1*):

Aeli uetusto nobilis ab Lamo;

qui fuit Formianus et omnes fere Lamiae (*Γ'αbf*)

**14.** \*Mediastinus, hoc est: in ciuitate et in media urbe uiuens; asty enim dicitur ciuitas. Vnde et Terentius (*eun. V 5, 17*):

An in astu uenit?

1 ueteranorum erat apud antiquos ν 3 quemadm:]  
 sicut *V* 10 uilicum ν] uilicum *cett.*, *b absc.* 12 *textum*  
*scholii om. V* 14 uaria *bfEV*] *om. Γ'α* imminent uicus ν *V*  
 16 est] *om. γ, b absc.* 20 hic ē α 23 qui — lamiae]  
*om. α* 25 et] *om. νE*

Ergo sic intellegendum, non ut quidam (*uid. Porph.*) quasi ministrum obsequii et officii intellegunt balnearum (Γ' α b f E)

19. \*T[h]esqua (V)] Loca deserta et difficilia lin-  
5 gua Sabinorum sic dicuntur, inde deserta et completa sentibus sic nominarunt (Γ' α b f E V)

23. <Feret] Pro fert:> semper enim habundat (Γ' (γ ν b) f V)

Sensus est: odisti rus, quod male colis; nam citius 10 te uilico piper, quod in Italia non nascitur, feret, quam uinum, quod habundare consuevit. Nam per uuam uinum intellegendum (Γ' α b f V)

26. \*Satis iucunde de inepto et pingui; iucunde 'ad strepitum', non cantum, ut audum meretricis expri-  
15 meret (Γ' α b f)

29. \*Si riuus neglegenter fuerit ante munitus, ideo 'pigro' tantum 'addit opus' (Γα b f)

40. \*⟨Diaria⟩] Aliter cibaria (Γ' (γ α ν) b f E)

Diaria sunt certa stipendia cottidiana, quae et sa-  
20 laria (Γ' α f ε V)

Victus scilicet cottidianus, qui mensuratim seruis attribuitur, et est sensus: mauis, inquit, rodere in urbe stipendia [diaria] cum seruis, quam liber uiuere in rure (Γ' α ε V)

41. <Vsum⟩] Quo dicat te et lignis et oleribus ha-  
bundare (Γ' α b E V)

Ordo est: inuidet tibi argutus calo usum lignorum

6 nominarunt Γα b f E] nominauerunt ν V 7 hoc schol.  
restituebat K., om. edit., cf. uar. lect. Horat. et stud. Vindobon. 1901  
p. 117 sq. abundant f 9 est] om. r 10 uillico r fer-  
ret γ ferat α 11 uuam α corr. b] uā V uticam r uiam γ α pr. ν  
unam f 12 intellegendum est V 16 ideo — opus] ut  
parcat agro et prato tuo nimia inundatio γ 19 cottidiana  
Γε] cotidiana α ν f V 21 cottid: Γε] cotidiana α ν V 22 mauis] diaria mauis V 23 diaria  
om. α ν ε V 24 liber uiuere in rure ε] in rure liber uiuere Γ' V  
liber in rure uiuere α 25 te et] te V oleri-  
bus γ α V] holieribus rν b E 27 est] om. ν V

et usum pecoris et usum horti, et est sensus: calo, inquit, conportans ligna, procurans pecus et hortum in urbe non sinet te aliquid horum tangere, si in urbe cum eo manseris; in rure autem manens potes libere his uti  
 $(\Gamma'(\gamma\nu\alpha)bfV$

5

Calo autem dicitur quilibet minister, uel a frequenti uocatione, uel quod s<a>epe eat lignatum. Nam 'calo' sonat 'uoco', 'calon' [sonat] 'lignum' ( $I'(\gamma\alpha\epsilon\nu)V$  cons.  $r$ )

**43.** 'Ephippia': alii 'sagmata', nonnulli ea, quae propter iugum equis currilibus inponuntur, et hoc uerius  
 $(\Gamma'(r\alpha\nu)EV$

## EPIST. 15

1. Alloquitur hac epistola Numonium Valam amicum suum, ut rescribat ei, quae regiones plus uenationibus leporum, aprorum et auium, sed et piscationibus refert<a>e 15 essent, ut [h]ibi hieme moraretur, ue<r>nali uero tempore bene pastus et pinguis reuerteretur. Est autem longissimum hiperbaton quod hoc ordine soluitur: o Vala,

1 inquit  $\gamma$ ] quilibet  $\alpha\nu bfV$ , ortum ex illo 'quilibet' quod breui sequitur 2 conport:  $\gamma\nu$ ] comport:  $\alpha b$  cum portans  $fV$  procurans] curans  $V$  ortum  $\alpha f$  'ortum  $V$ ' 4 libere poteris his  $\alpha b$  his libere  $V$  8 calon  $r$ ] calin cett. sonat ante lignum om.  $r\alpha V$ , exhib.  $\gamma\nu\epsilon$  10 currilibus  $r$  curulibus  $E$  currilibus  $\alpha\nu V$  inponuntur  $V]$  imponuntur cett. et hoc uerius] om.  $E$  13 hac epta  $V]$  om.  $\epsilon\varphi$  14 ut — echinos] quatinus ei rescribat, quae regio illo anno uicina romae potius habundaret frugibus ut illic posset annum explorere, et est longum hyperbaton, quod hoc ordine soluitur: o uala, quae sit hiems (hiemps  $\epsilon$ ) ueliae, quod caelum salerni et (om.  $\epsilon$ ) quorum hominum regio sit baias (sic  $\epsilon\varphi$ ) et qualis uia dicit ad baias, et ute tractus educet plures lepores (apros  $\varphi$ ) et utra aequora celent magis pisces et (om.  $\epsilon$ ) echinos, par est te scribere (scribere te  $\varphi$ ) nobis, at nos par est (est par  $\varphi$ ) tibi credere ut inde possim reuerti (reliqua om.  $\epsilon$ ) ad domum pinguis et pheax  $\epsilon\varphi$

par est te nobis scribere, at nos par tibi credere, quae  
sit hiemps Veliae, quod c(a)elum Salerni et quorum ho-  
minum regio et qualis uia dicit (*leg. ducat*) Baias et uter  
tractus educet plures lepores et uter tractus educet plures  
5 apros et utra aequora c[a]elent magis pisces et echinos  
(*V cons. ε*)

Nam mihi superuacuus est Musa (*ε V*)

Tangit autem illos in hac epistola, qui per penuriam  
deseruunt philosophiae, quibus si arrideret facultas, pro-  
10 tinus eam desererent et uoluptatibus uacarent (*ε Vφ*)

Velia et Salernum oppida Lucaniae; Salernum a salis  
copia est dictum (*Γ' b V*)

Consultit Valam, quid sentiat de salubritate regionis,  
quoniam ipse Horatius nolebat Baias ire (*Γ' bf V*)

15 2. \*Hic ponendus ultimus uersus (*u. 25*): Scribere  
te nobis, tibi nos accredere fas est (*Γ' bf*)

Mire, quasi Baiae hanc iniuriam sentiant, si illis  
frigida etiam frigoribus mediis praeferatur (*Γ' bf V (sed*  
*multa abscissa)*)

20 3. Musa Antonius aegritudine Augusti artem suam  
illustrauit. Nam cum dolore arteriae laboraret et ad  
summam maciem perductus esset curante Amelio medico,  
qui eum adeo calidis curabat, ut tectum cubiculi eius  
uelleribus muniret, hic postea in contrarium uersis omni-  
25 bus *cum* non solum perfusionibus frigidis, sed etiam  
gargarizatione cicerninae aquae Atellae in domo Caesaris  
et potionibus uteretur, *effecit* ut intra breue tempus  
curasset; ob quam causam ab Augusto usque ad sester-  
tium quadringenties ex senatus consulto accepit (*Γ' bf V*)

7 superuacua *ε Vφ* 8 tangat *V* tangit *ε φ* et *Porph. p.335 H.*  
autem illos *V* eos *ε φ* per *ε V*] *om. Porph. U mendose* 10 ua-  
carent *ε]* deseruirent *Vφ* 12 dictum est *V* dictum *b* 14 ire  
baias *V* 21 arteriarum *r* 25 perfusionibus *γf*] profusioni-  
bus *r* profusionibus *b V* prefusionibus *v* 26 aquae] *v f* aquae  
est *Γb V* 27 uteretur *v* tueretur *Γ V* tuere *bf* utebatur  
*Hauthal K. add. illud cum et hoc effecit* 28 causam *f]*  
*om. Γ' V*

Musa Antonius, Augusti (Caesaris *add. b*) medicus, Horatio iusserat, ut psychrolusia uteretur propter oculorum dolorem ( $\Gamma'bfV$ )

5. \**<Sanus>*] Valde, ut Sallustius (*hist. II 18 M.*):

Belli sane sciens ( $\Gamma bfE$ )

5

Murteta proprie sunt aquae sulphureae calidae atque salubres ad quasdam infirmitates pellendas; quales erant apud Baias, ad quas frequenter ex diuersis partibus confluabant. Sed postquam ob longitudinem itineris coepissent derelinqui et ad fontes Clusinos et Gabinos, ubi erant 10 aquae frigidae, coepissent contendere intermissis Bais, dicit, quod ipse uicus coepit ingemiscere contemptus in aquis suis ( $E\epsilon V$ )

Murteta non longe ab Auerno lacu sunt calidis aquis habundantia; sed non ideo murteta, quod arbores myrti 15 habeant, sed quasi mortueta, quod omnes animae mortuorum inde inferos petere credantur ( $\Gamma'bfV$ )

6. 'Cessantem morbum' aut generaliter quemlibet uult intellegi aut specialiter podagram, quae uix aut numquam pellitur ( $\gamma\nu V\varphi$ )

20

\**<Cessantem>*] Pigrum et neruis inh arentem ( $\Gamma'bfE$ )

7. Baiae gemunt sulphura sua et sudationes contempni et his frigidas aquas praeferri; inuident autem sanitatem aegris, quos gemunt frigida curari ( $\Gamma'bfV$ )

9. \*Clusinae et Gabinae aquae frigidae sunt: Clusi- 25 nae in Etruria, Gabinae in Sabinis ( $\Gamma'b f$ )

2 psuchrolucia  $b\nu V$  psi lucia  $f$  psucrolucia  $\gamma$  psuperholucio  $r$  4 ut *om. f* ut sciens *om. ε* 7 pell:  $\epsilon V\varphi$ ] debellendas  $E$  10 clusinos fontes  $E\epsilon\varphi$  gabios  $\epsilon$  ad gabios  $E$  glabios  $\varphi$  11 frigidae (frigide  $E$ ) aquae  $E\epsilon\varphi$  contendere  $V$ ] concurrere  $E\epsilon\varphi$ . 12 dicit horatius  $\varphi$  eo quod contemneretur  $\varphi$  contentus  $V$  15 habund:] habentia  $V$  murteta  $r\nu V$ ] mirteta  $\gamma bf$  myrti  $r$ ] mirti  $\gamma\nu bf$  quod — habeant] quod omnes arbores mirtus habeantur  $V$  17 inde — cred:] defic.  $V$ , folii parte abscissa 18 cessantem] deficit  $V$  19 uix] difficile  $\varphi$  22 sudationem  $\nu V$  sudatione  $\gamma b$  25 gabbiae  $\nu f$

**12.** Quia in laeuam detorqueatur; nam Baiae euntibus Capuam in dextra sunt. An magis ideo laeua dixit, quia equus ea manu regitur? ( $\Gamma'$  b f V)

**14.** \*Hunc uersum quidam principiis iungendum pu-  
5 tant ( $\Gamma'$  b)

**15.** \*⟨Imbres⟩] Cisterninos ( $\Gamma'$  (r v b) E)

**16.** \*⟨Dulcis⟩] Aliter iugis, semper manantis ( $\Gamma'$  (γ v b) E)  
\*Nil moror, hoc est dubitare, quin bona sint ( $\Gamma'$  b)

**17.** \*⟨Rure⟩] Aut in rure aut ruri aduerbialiter  
10 ( $\Gamma'$  b f E)

**20.** \*⟨Ministret⟩] Vt supra (5, 19):

Fecundi calices, quem non fecere disertum?

( $\Gamma'$  (γ v b) f)

**24.** ⟨Pheaxque⟩] In his enim locis habitauerunt  
15 Pheaces ( $\Gamma$  b E V)

Pheaces enim, quorum Alcinous rex fuit, luxuriose uiuebant; ita Homerus ( $\Gamma'$  (γ v b) f E V)

**25.** \*Hic uersus principia epistolae conclusit ( $\Gamma'$  b)

**26.** Quia de se ut luxurioso locutus erat, subiecit  
20 de Maenio fabulam. Maenius hic Pantolabus dictus est  
ab eo, quod, quicquid offerebatur, acciperet; erat autem  
et urbanus et mordax. Itaque dabant illi et qui urbani-  
tate delectabantur et qui mordacitatem timebant ( $\Gamma'$  b f V)

**33. 34.** ⟨Nil aut paulum abstulerat⟩] Nil de parcis,  
25 parum de luxuriosis ( $\Gamma'$  b f V)

**34.** Omasi (V)] Bubulae pinguioris; alii (*ut Porph.*)  
intestina uolunt ( $\Gamma$  b f V)

1 laeuam r] leuam γ bf leua ν // ua V      detorquatur ν  
cf. schol. serm. II 2, 66      7 iugis E] dulcis γ v b      12 fecundi ν]  
foecundi f facundi γ b      quem — disertum] om. ν      14 habi-  
tarunt r b E      15 pheaces V] om. cett.      16 rex alcinous ν V  
17 ita homerus] ut h: exponit V      19 erat] fuerat γ      21 autem]  
om. ν V      22 qui ante urb: om. ν V      23 et qui mord: time-  
bant] ut qui eum metuebant V      26 bubulae — uolunt] me-  
tuebant (*sic*) V

\*Omasus proprio est caro bubulina (*v. Eεφ*  
\*⟨Omasi⟩] Panciae (*gloss. a*

36. Cum non haberet, insectabatur luxuriosos, ut  
ab hisdem pasceretur (*Γ' f V*)

45. ⟨Vos⟩] Potest Epicureos dicere, qui ait (*leg. 5*  
aiunt) diuitias ut non appetendas, ita nec spernendas, si  
contigerint (*Γ' b f V*)

## EPIST. 16

1. Quintum alloquitur de situ agri sui, dicens illum  
amoenitate gratissimum, ita ut inter duos montes situs 10  
conuallia teneat, oppositus soli orienti simul et occidenti,  
et ex obliquo loquitur de aequanimitate ac temperantia,  
quare paruo esse contentus debeat unusquisque, arguens  
quosdam dissimulatis uitiis magis bonos uideri uelle quam  
fieri (*Γ' b f ε V* (loquitur — fieri *cons. Porph.*) 15

2. Aruus ager dicitur segetis ferax et praeparatus  
frumento (*Γ' b f V*)

4. ‘Loquaciter’, quod Graeci lalisti dicunt, non  
poetice, sed quasi prosa oratione et communi sermone ac  
simplicibus uerbis (*Γ' b f V*) 20

5. \*⟨Si⟩] Vel ‘ni’ (*Γ'*

Hic incipit describere situm agri sui; id est totus ille  
ager unus mons esset, nisi dissociarentur ipsi montes  
uallē in medio iacente; per quod ostendit illum agrum  
inter duos montes iacere (*Γ' b f V φ sim. Porph.*) 25

1 pr: est εφ] est proprio *E* proprio dicitur *v* bubula-  
lina *v εφ* bubulina *E* 5 epicuros *Γ' b* epicurus *v f V* emend. *K.*,  
*schol. om. Pauly et Hauthal* 6 si contigerint γ si conting-  
rint *b* ut uid. si contigerint quibusdam *f* si ἔτιγρ *v s*, (= sed)  
ἔτιγρ *V* sicut poetae tradiderunt *r* 11 simul *γ v b f ε φ*] *om. r V*  
12 temperantia] temp: sua *r φ Porph.* 13 contentus esse *b f ε*  
14 quosdam] alios γ *Porph.* quodam *b* uelle γ *v ε V Porph.*]  
uelle et laudari *r b f φ* 21 uel *r v*] aliter γ 22 hic] modo  
*v b f φ* sui] *om. r V* 23 ipsi] duo *V* 24 illum agrum *r v b f φ*  
agrum illum γ *V*

6. \*⟨Valle⟩] Hanc uallem in carminum libro primo (17, 11) Vrticam (Vst: *Hor.*) appellat ( $\Gamma'$  *b*

\*⟨Sol⟩] Vt extremo ueniens sol accipiat ( $\Gamma'$  *b E*

8. \*⟨Laudes⟩] Laudare potes ( $\Gamma'$  (*rνf*) *E*

5 9. Corna (*V*)] Non est intellegendum, quod uepres in agro illius corna et pruna ferrent, neque quercus et ilices poma domestica, sed tantam ibi dicit habundantiam esse fructuum, quanta habundantia est ueprium, quereuum et ilicum ( $\Gamma'$  *V*

10 \*⟨Vepres⟩] Spineta, uirgulta, quae circa sepes sunt; poma habent moris similia ( $\Gamma'$  *b f E*

11. Notandum Horatium nihil magis in Italia laudare quam Tibur et Tarentum  $\Gamma'$  (*γνE*) ε *V sim. Porph.*

12. \*⟨Nomen⟩] Hic Blandusius ( $\Gamma'$  *b E*

15 \*Fontem Bandusium dicit in agro suo esse, cui in libro carminum (III 13) promisit se sacrificaturum; qui fons tam magnus est, ut riuo a se procedenti statim nomen tribuat, uocaturque Digentia (*νεφ*)

17. Hic iam narrare incipit non tam credendum  
20 esse famae uulgari quam propriae conscientiae. Vnde Persius (1, 7):

Ne te quaesieris (*leg. quaesiueris*) extra ( $\Gamma'$  *V*

22. Trahit exemplum de febricitantibus, qui cupiditate gulae prouocati simulant se in conuiuio febre non  
25 laborare, ut liberius possint cibis quibusque uesci, donec super ipsum cibum manus tremulae reddantur. Sed sicut ille stultus est, qui plus credit conuiuantibus quam sibi, ita qui febre uitiorum mentem habet repletam, stultus.

8 esse] *om. V* 12 notandum] notandum est ε *V* nihil horatium in italia magis *V* in italia nil (nihil) magis *E ε Porph.* 14 hic γ] hic est *r E* est hic *b om. ν* blandusius  $\Gamma'$ ] bandusius *b E* banedusius *ν* 19 hic — incipit] dicitque *r* hic γ] hoc *ν V* 22 ne te quesieris *r* ne te quesiaeris γ ne te qui fueris *ν* ne tu ea quae fueris *V* 24 se] *om. γ* febre. *r ν corr. f ε*] febri *γν pr. V* 28 febre *hic omn.*

computabitur, si propter fauorem uulgi se beatum putat  
( $\Gamma' f \varepsilon V$ )

**25.** Siquis, inquit, laudes Augusti proprie ad illum pertinentes tibi decantet, numquid animum accommodabis illi? Addit ergo Augusti laudes, quas populus solitus erat ei decantare ( $\Gamma' \varepsilon V$ ) 5

Ordo: in ambiguo hoc Iuppiter seruet, qui et tibi et urbi consultit, hoc est ut in incerto semper sit, utrum tua salute magis populus an tu populi indigeas, ac per hoc ut cum populi salute pensandus sis ( $\Gamma' b f V$ ) 10

\*⟨Siquis bella⟩] Haec enim Var*i*us de Augusto scripserat ( $\Gamma' b f$ )

**31. 32.** ⟨Nempe uir bonus et prudens dici delector ego ac tu⟩] Hoc est: nempe tu, qui me reprehendis, in eodem uitio reperieris, quod non negat Horatius ( $\gamma V$ ) 15

**34.** Ac si dixisset: sola uirtus potest habere perpetuam dignitatem. Sensus hic est: eas laudes amplectendas esse, quas agnoscimus, ne nos quasi alienae deserant ( $\Gamma' b f E V$ )

**35.** Vox populi ‘depone’ dicentis ‘honorem’. Meus 20 est a me tibi datus ( $\gamma v V$ )

**41.** Responsio tota per yroniam est. Ostendit enim talem hominem non ueraciter esse bonum, sed uideri cupientem ( $\Gamma' E \varepsilon V$  cons. ‘Porph. (in r hoc schol. bis extat)’)

**43.** Nec qui disertus est et magnam apud populum 25 dignitatem habet et iuris consultus est, ⟨uir bonus est⟩. Nunc autem negat eum uirum bonum esse, qui metu legum recte facit, sed eum, qui amore uirtutis ( $\Gamma' b f V$ )

1 putat  $\gamma v V$ ] putet  $r f \varepsilon$       6 ei decantare  $r \varepsilon$ ] eidem cantare  $\gamma v V$       7 aliter ordo  $\Gamma$       8 hoc est  $r b f V$  om.  $\Gamma$       in  $rb$ ] om.  $\gamma v V$       in certū  $f$       10 cum populi salute] tum populi  $v$  cum salute populi  $V$       15 quod — hor:] om.  $\gamma$       21 datus] om.  $V$       22 yroniam  $r$  alt.  $l. \varepsilon V$  hyroniam  $\Gamma' E$       ostendit — cupientem] om.  $E$       25 qui] quid  $\gamma v$  et m:] etiam magnam  $V$       27 nunc] non  $\gamma$

**44. 45.** Licet bonus uideatur esse in forensibus causis, familia illius et uicini intellegunt conuersationem eius non honestam, quia scilicet turpis in domo et per hypocrisin speciosus in publico (*I' V*)

**5 47.** Si non es furatus mea bona, remunerationem habes, quia non constringeris loris. Et si non occidisti hominem, non suspenderis in cruce. Ecce remuneratio tua (*γνV*)

**49.** \**(Sabellus)*] Hoc de se Horatius (*I'(rvb)*)

**10 50.** Allegoricos: quoniam noui cauere dolos et malitiam tuam; et his animalibus se comparat, quae decipi nequeunt (*I'b V*)

Sicut bestiae foueam et aues timent laqueos ac per hoc bona hominum non deuorant, ita serui, quia timent dominos, bona illorum non deuastant (*I' V*)

**53.** Qui falsum nomen sapientiae amplecteris, si nil admittas propter poenam, cautus es, non quod sponte sis abstiens. Post exemplum serui redit ad id, quod superius dixerat (*I'b f V*)

**20 56.** More suo contra Stoicos, qui dicunt omnia peccata esse aequalia (*I'(rbv) V*)

Ordo: isto pacto mihi, idest apud me, damnum est lenius, non facinus admissum; quo autem pacto? si unum modium fabae surripias (*I'b f V*)

**25 59.** \*Ironicos (*I'b E*)

**60.** \*Lauerna uiae Salariae lucum habet; est autem dea furum. Simulacrum eius fures colunt aut qui consilia sua tacita uolunt. Fortasse dicta sit a lauando; nam

1 bonis νV      2 conuersationem Γ] conum sationem ν commissionem V      6 loris] om.V      et si νV] si enim furatus esses, constringeris. Et si γ fort. rectius      10 nouit γ Hauthal      11 tuam] suam γ Hauthal, b absc.      12 nequeunt Γ b ut uid.] nequeant νV      14 quia] qui V      17 admittas νV] admittis Γbf      22 apud] ap νbV      damnum Γ] dampnum νbfV      23 lenius Γ] leuius f om.V, b absc.      autem pacto] pacto autem V      24 subripias f      25 yronicos γνE IPONIKOC r ΥΠΟΝΙΚΟΕ b

fures lauatores dicuntur. Preces eius cum silentio exercentur (*Γbf*).

65. Syllogistica conclusio. Omnis enim, qui cupid, postquam adeptus fuerit, metuit amittere illud. Et notum est, quia seruus timet; et ideo, qui timet, non est liber, 5 sed seruus (*Γ'V*)

68. \*⟨Obruitur re⟩] Occupatur diuitiis (*Γ'*)

69. Allegoria est: nam captiuum illum uult uideri, qui pecuniae parandae seruiat. Sensus: hunc, inquit, talem, qui pecuniae seruiet, patere ut seruum laborare. Est 10 enim et huiusmodi hominum aliquis usus, et certe prosunt aliis magis quam sibi ut mancipia. Ille, inquit, aret, ille nauiget, annonae prosit; tales enim populus probat (*Γ'bfEV*)

72. \*Virgilius (*Aen.* I 704):

15

Penum struere

a nominatiuo 'hic penus' (*Γb*)

73. Tulit locum de tragoeadia. Inducitur Pentheus quendam tradens ad poenam, qui, dum diu reluctaretur, tandem ait: deus me, cum uolo, soluet. Ait poeta, et 20 puto: hoc sentit, morte se posse liberari, quoniam sola haec omnium [est] finis malorum. Et nunc metaphora est a Libero; sic ergo sapiens ridet minas tyranni, ut deus. Item aliter: solus sapiens liber est; refert exemplum ex Bacchis Euripidis (492—498), in quibus inducit poeta 25 Liberum Patrem dicentem Pentheo uinctum se tenenti: quid est, quod me possis cogere pati? 'Adimam bona'. Auferas licet. 'Vinciam'. Deus me soluet, mors me

3 syll: r] sil: γ sill: νV enim] om.V 5 et ideo]  
*om.r* qui] quia γV non est] iam non est r 8 captiū ν  
 uidere νbfV 9 seruiat — pecuniae] om.V 10 seruiet  
*Γ'EV*] seruiat bf 21 sola haec omnium finis V sola haec  
 omnium est finis rb sola hec est finis omnium ν omnium sola  
 haec est finis γ sola hec omnium finis est f 24 item —  
 quibus] om.V 26 uinctum] uictum γ iunctum V 27 quid  
 est] quidem γV

liberabit. Hoc sane ad hominem relatum est [hoc est: uirum] uere sapientem ( $\Gamma' b f V$ )

79. Responsio uiri sapientis et Horatii; et est ordo: hoc sentit bonus uir positus in angustia: ipse deus statim, ut uoluero, me soluet a uinculis. Quid si moriar? Mors finis rerum est ( $\Gamma' V$ )

---

## EPIST. 17

1. Praecepta uitae ad Lolium Scaeuanum equitem Romanum, an sectandi sint potiores, et laudat Aristippum Cirenaicum, qui adfectauerit cum regibus uiuere ( $\Gamma' f V$ )

4. \*Verecunde se tangit quasi inferioris peritiae ( $\Gamma' \alpha b E$ )

8. \*Caupona ( $\alpha$ )] Diuersorium in uia, ac per hoc: si frequentia et sordibus offenderis ( $\Gamma' \alpha b$ )

15 Terentinum ( $\alpha$ )] Oppidum Campaniae, alii municipium uolunt uiae Labicanae ad XLVIII lapidem, alii Ferentium, quod in Tuscis est ( $\Gamma' \alpha b f V$ )

9. Sensus: habet, inquit, et paupertas uoluptates suas, si molestia careat in remotis locis ( $\Gamma' \alpha f V$  cons. b)

20 10. Hoc est: qui uita latuit, ut et natus et moriens ignoraretur, qui fuit in obscuro. Est autem Epicureorum λάθε βιώσας, late in uita ( $\Gamma' \alpha b f V$ )

11. \*Si uis indulgentius uiuere, innotesce et per hoc prodesto tuis ( $\Gamma' \alpha b f E$ )

25 13. Ex historia sumit exemplum, quod plerumque proposit amicitia maiorum, proponens duos philosophos:

1 hoc est uirum <i>om. νV euan. b</i>	2 uirum] <i>om. f</i>	
4 in angustia positus <i>V</i>	5 soluet me <i>V</i>	9 an sectandi
sint $\Gamma f$ ] insectandis <i>V</i>	in sectandissent <i>v</i>	10 adf: <i>r</i> ] aff: cett.
11 tangit <i>v</i> ] <i>om. ΓαβE</i>	15 terentinum $\alpha$ ]	ferentium <i>Hor.</i>
16 uiae Latinae <i>F. Ritter</i>	17 quod] <i>om. νV</i>	19 molestia $\Gamma \alpha b f$ ]
21 qui $\Gamma \alpha b f$ ]	20 molestiae (molestie <i>v</i> ) <i>vV</i>	in locis remo-
et qui <i>vV</i>	21 qui <i>vV</i>	22 tis <i>vV</i>

Aristippum Cinicum sectae Epicureorum, fautorem Alexandri Magni, et Diogenem Stoicum, adulationem maiorum declinantem et paupertate contentum. Quadam igitur die Diogene holera colligente superuenit Aristippus atque subsannando dixit: 'Diogenes, si sciret regibus uti, fastidiret holus'. Cui Diogenes: 'Aristippus', inquit, 'qui me notat, nollet patienter regibus uti, si pranderet holus, sicut ego' ( $\Gamma'$  ε  $V$  sim. α) 5

\*<Si pranderet>] Hoc Antisthenes de Aristippo dixit ( $\Gamma'$  b E) 10

**23.** Laudat Aristippum ex sententia Platonis; qui cum inuenisset illum naufragum panno duplii indutum, idest diploide (*cf. Porph.*) ac peruili uestimento, laudauit illum dicens: omnis color et omnis status et res decuit Aristippum sapientia praeditum, qui ita sciebat paruis 15 uti sicut magnis ( $\Gamma'$  ε  $V$ )

**24.** <Fere praesentibus aequum>] Prope aequaliter paupertatem ferentem, quae praesens potest esse, sicut diuicias, si uellet habere ( $\Gamma'$  α  $V$ )

Ille, qui utrumque habitum consueuit accipere, ut 20 Aristippus, qualicumque ueste indutus fuerit, sine aliqua de honestate procedit in publicum, quia sunt multi appetitores uestium pretiosarum, quibus si induiti fuerint, non de eo honestantur, et sunt nonnulli contemptores, quibus maiorem honorem praestant uilia, quam aliis pretiosa ( $\Gamma'$  V 25)

1 aristippum cinicum γ] aristippum cimicum ν aristippum amicum  $V$  diogenem cinicum  $r$  cons. ε 2 diogenem stoicum ν  $V$ ] diiogenem stoicum γ aristippum stoicum  $r$  ε 3 contentum — colligente] om.  $V$  4 diogene] aristippo  $r$  ε aristippus] diogenes  $r$  ε 5 diogenes si] aristippus si  $r$  ε 6 cui — ego] euauit ε cui aristippus qui me notat et reprehendit, si nollet uti regibus pacienter pranderet holus sicut ego  $r$  7 si] sed  $V$  8 ego] ego, et est yperbaton (//// baton ε) .i. ordo confusus (p posteris ε)  $r$  ε 9 antisthenes] om. ν, sed altero atramento add.: t antisthenes ν antistenes, superscr. at diogenes γ antistenes, superscr. t diogenes  $r$  antistenes uelud (*leg. uel ut*) quidam uolunt diogenes  $E$  diogenes  $b$  22 procedet ε 24 de eo honestantur γ ν] de honestantur  $r$   $V$  ideo honestantur Hauthalii textus sil. 25 honorem] om. ν  $V$

25. \**<Panno>*] Pallio. Cinicū notat ( $\Gamma'\alpha b E$ )

30. Aiunt Aristippum, inuitato Diogene ad balneas,  
dedisse operam, ut omnes prius egrederentur ipsumquē  
pallium Diogenis induisse illique purpureum reliquisse.  
5 Quod Diogenes egressus cum induere noluisset suum re-  
petens, tunc Aristippus increpauit Cynicū famae ser-  
uientem, qui algere mallet quam conspici in ueste pur-  
purea ( $\Gamma'\alpha b f V$ )

\*Miletī textam purpuream; apud Milesios enim lanae  
10 optimae teste Virgilio (*ge.* III 306 *cf.* IIII 334) ( $\Gamma'\alpha b$ )

33. \**<Res gerere>*] Loco nominatiū stat res gerere,  
ut est illud Persii (1, 27):

Scire tuum nihil est ( $\Gamma'\alpha b$ )

36. Gr*<a>*ecum prouerbium dicit propter Aristippum  
15 (*Strabo p. 378*): *οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθόν ἐστιν* [v] *πλοῦς*, idest non cuius ut Aristippo tutum esse Corinthum  
nauigare. Nam cum multi Corinthum nauigantes Laidis  
amore tenerentur, Aristippus etiam hac fama illo per-  
ductus est, et usus Laide non etiam amore eius deuinctus  
20 est. Qui cum p̄ae se ferret, quod non esset captus ut  
ceteri, dictum est ei, quoniam meretricem habuisset; ille  
respondit: si habui, non habeor ( $\Gamma\alpha b f V$ )

Graecum prouerbium est propter Laidem Corinthiam  
dictum, quae noctem talento uendebat, ubi nemo inmunis  
25 ab amore eius erat ( $\Gamma'\alpha b f V$ )

37. *<Successeret>*] Bene cederet, succurreret, contingaret.  
Terentius (*Andr. IIII 1, 47*):

Hac non successit ( $\Gamma\alpha V$ )

5 et suum repetens  $V$       12 ut—nihil est] *om. v*      14 gre-  
cum  $\Gamma'\alpha b f V$       dicit  $\Gamma b \epsilon$ ] *om. v*  $V$  et dicit  $f$       16 esse  $\Gamma\alpha f$ ] est  $v \epsilon V$   
17 laudis  $\gamma$  *pr. a v f \epsilon V*      18 tenerentur  $\Gamma\alpha b f$ ] teneantur  $v V$ ,  
*euan. \epsilon* etiam] *om. v V*      20 est qui] qui  $\alpha v$  *om. V*      21 ei]  
*om. \epsilon* ille] *om. V*      22 respondit si] responds  $v V$       si  $\alpha \epsilon$ ]  
sed  $\Gamma b f$       habeor  $\Gamma\alpha b f$ ] habeo  $v$  habis  $V$       23 laidem  $r b$   
*p. ras.] laudem cett. b ante ras.*      24 noctem  $r a f V$ ] nocte  $\gamma$ ,  
*b legi non potest*      talento *K.*] talenta *codd. Hauthal, b legi*  
*non potest*      27 ter: *om. V*      28 hac  $\Gamma\alpha$ ] ac  $V$

38. Quasi tergiuersantes in responsione urget ad respondendum ( $\Gamma'(\gamma\nu b) V$ )

43. Adeo gratam esse uerecundiam ait, ut s(a)epe plus percipient nil petentes quam flagitantes. Conueniens locus principio: proposuerat enim docere, quomodo cum 5 maioribus uiuendum esset ( $\Gamma'\alpha bf V$ )

46. Verba inpudentis, qui oblique petat, et per hunc imitatur eos, qui petunt figurate ( $\Gamma'\alpha bf V$ )

51. \*Hoc est: si non palam instaret, careret aemulo et rixis; coruus enim reperta esca dum clamat, praedam 10 aliis prodit ( $\Gamma'\alpha bf$ )

53. \*⟨Salebras⟩] Salebrae sunt aspera loca et petrosa ( $r$ )

⟨Imbres⟩] Hoc est: qui magno uult inputare, quod incommoda itineris patiatur ( $\Gamma'\alpha b V$ ) 15

55. \*⟨Catellam⟩] Alii ornamentum capitis uolunt, alii colli. Aliter: hoc est meretricis inpudentiam imitatur obliquatque petitionem; sic in Truculento Plautus ( $\Gamma'\alpha bf$ )

56. \*⟨Periselidem⟩] Ποδοφέλιον, uinculum aureum pedis ( $\Gamma\alpha b f E$ ) 20

59. Planus nomen est hominis, qui solebat multos sic fallere, in quorum uehicula uoluisset tolli, ut fingeret se crus fregisse. Qui cum postea uere crus fregisset et idem rogaret, non est ei creditum ( $\Gamma'\alpha bf V$ )

\*Planus non proprium nomen ( $\varepsilon$ , paulum sim. Porph. 25

4 plus] *om. ν V* 5 enim docere  $\Gamma\alpha bf$ ] nisi doceret  $\nu V$   
 7 *inpud:*  $\gamma b$ ] *impud:* *cett.* 6 *petat*] petit  $bf$  pet . t r  
 14 *hoc est]* *om. V* 7 *imputare*  $\Gamma\alpha b$  *inpunire*  $\nu$  *punire*  $V$   
 17 *aliter hoc est et sic in tr:* *plautus om. ν* 8 *inpudentiam γ]*  
*impudentiam νfa* *impudicitiam r* *inprudentia b* 18 *obliquat-*  
*que ν]* *et oblique rbf* *et obliqui γ et oblico α;* *scriptum erat*  
*fort.* *et obliquum,* *quod etiam Hauthal suspicatus est* 19 ποδο-  
*τελιον r Rodocelion γ ΗΛΗΤΟΝ* (sic) *b rododoxεyoν α om. f E*  
*emend. Hauthal* 21 *est hominis*  $\Gamma\alpha bf$ ] *hominis est ν V*  
 22 *in quorum — creditum]* *ut in uehicula descendens simulabat*  
*(sic!)* *se crus fregisse.* *qui cum postea uere crus fregisset et*  
*iterum ut antea mendicaret, non est creditum V* 23 *crus V]*  
*genus γαν genu rbf* 24 *est ei γbf ei est r est, omissio ei,*  
*ν V ei om. est α*

## EPIST. 18

1. Praecipit in hac epistola fugiendum esse uitium adulationis et e contrario duritiae nimiae uitium, ut neque adulationi deseruiat quis et, si duritiae uult seruire, uideat, ne in peius uitium incidat, sed in utroque medium tenorem seruet, scilicet ut quisque suo amico neque adulator existat neque cum amaritudine animi increpando eum castiget. Vnde Lollio amico suo dicit, ut, si profiteatur amicus esse alicui, haec duo obsequia timeat.  
 10 Et dicit, quia, quanta differentia debet esse inter meretricem et matronam nobilem, tanta debet esse inter amicum diligendum et infidum scurram, ut amicus simpliciter diligatur et scurra abiciatur ( $\Gamma'\alpha bfV$ )

Hic Lollius [etiam] ad consulatum peruenit merito  
 15 uirtutis et beneficio Caesaris ( $\Gamma'\alpha bfV$ )

4. \*‘Infido scurrae’ hoc est ei, qui amicitiam simulet et in malis deserat ( $\Gamma'(r\alpha v)bf$ )

5. Quidam, inquit, fugientes uitium adulationis incident in peius uitium inconcinni et inconpositi hominis,  
 20 scilicet feri et asperi, quasi agrestis. Sunt enim quidam, qui quasi sua uirtute liberrima et pura confidentes circa amicos suos seueri et duri apparent, dum uolunt eos castigare, et in tantum, ut ipsa cutis prae nimia seueritate tonsa dicatur, quasi capillos non habuerit, et iam dentes  
 25 sint atri. Et mire per caracterismon (*ex Porph.*), idest per imaginationem, describit hominem tristem et amarum ( $\Gamma'\alpha \varepsilon V$ )

9. Virtus est ( $\nu V$ )] Id est uerae uirtutis est, qui in amicitia ita se praestat, ut neque adulator neque asper  
 30 sit, sed ab utroque semotus ( $\Gamma'\alpha bfEV$ )

14 etiam] eciam *rbf om. γνV* 19 incomp:V] incomp:  
 cett. 20 quidam] *om. V* 21 sua] *om. V* 24 non *γνV*] *om. rαε Pauly Hauthal habuerit*] *habeat V* et iam] *et ε*  
 etiamque *r* 25 atri sintV 26 hominem descr: tristemV  
 amarum] seuerū t amarūV 28 idest νV] *om. cett.*

10. \*Descriptio immoderatae assentationis. Dicit ergo, quia sunt quidam, qui plus iusto adulantes dominis suis recumbentibus in lecto et diuersa iactantibus simulant se ad nutum oculorum ipsius diuitis timere et id ipsum, quod dominus loquitur, leuiter adulando sic affirmare, ut crederes quendam notarium ea, quae exceptit, ante magistrum legere, uel quendam mimum in parte secunda tragoeiae suae tractare ( $\gamma\nu$ )

11. \*Lecti ( $\alpha$ )] Vbi recumbit dominus, quasi recumbens ad pedes patroni ( $\Gamma'\alpha b E$ ) 10

12. Tollit ( $\gamma$ )] Vtrum diuitem laudando uerba eius repetit aut eas uoces [s<a>epius] repetit, quibus laudat? ( $\Gamma'\alpha b f V$ )

14. \*⟨P. mimum tractare secundas⟩] Quem Graeci δευτερολόγον dicunt ( $\Gamma\alpha b$ ) 15

Secundarum enim partium actores omnia summisse agunt et suppliciter (ex Porph.). Notandum autem, quia in tragoeidea non debent fieri plus quam quinque actus personae ( $\Gamma'(\gamma\alpha\nu)\epsilon V$ )

\*Ergo mimus dum secundam partem tragoeiae agit, 20 humili actu eam facit ( $\Gamma'(\gamma\alpha\nu)\epsilon$ )

15. ⟨Alter rixatur⟩] Aliud uitium inducit asperi hominis ( $\Gamma'\alpha b f V$ )

\*⟨De lana s. caprina⟩] De re uili et paene nulla. Proverbum est ( $\Gamma'\alpha b$ ) 25

18. Sensus: nolo pretium renascendi et munus accipere, ut non dicam, quod sentio, hoc est, nec alia uita tanti est, ut taceam, quod sentio ( $\Gamma'\alpha b f V$ )

19. ⟨Ambigitur quid enim?⟩] Hinc interrogat ( $V$ )

Hoc Horatius. De qua re enim certamen habet, ut 30 merito rixetur cum amico? scilicet de gladiatoriis et pantomimis ( $\Gamma'\alpha b f V$ )

11 tollit] post diuitem pon.  $\gamma$  12 s<a>epius om.  $V$   
17 quia] quod  $V$  29 interrogat  $V$ ] nescio an scribendum sit  
interrogatio

\*⟨Castor sciat an Docilis plus?⟩] Famosi illius temporis gladiatores (*Γ' αbfE*)

\*⟨Docilis⟩] Et hoc nomen proprium (*ΓαfE*)

Et de hac re contentio est, in eadem metaphora 5 perdurat de lana caprina (*Γ' αbfV*)

**25.** Adeo aliena inuitus patitur, ut nec sua uitia alteri indulgeat (*Γ' αbfV*)

**28.** Verba monentis diuitis. Ordo: meae opes stultitiam patiuntur. ‘Noli contendere’ per parenthesis in 10 sertum (*Γ' αbfV*)

**31.** ⟨Eutrapelus⟩] Eutrapelum hunc constat corruptorem hominum fuisse, et exponit, quare dixerit pauperem hominem debere uti parua ueste (*ΙεV*)

Eutrapelus dicitur fuisse illis temporibus locuples, 15 cui hoc epitheton inpositum dicitur, quoniam solebat inter uendendum non inurbane iocari aut in personas uilium hominum aut in scruta ipsa; nocebat aut*em* liberalitate, ut refert Horatius (*Γ' fV*)

**35.** \*Auctorabitur se in ludum, ut sit gladiator, 20 sicut sunt Traces. Olitores autem dicuntur olerum uen-didores; ita negotiari incipiet et uendere caballos (*Ι' α*

[Holitor holorum uendor. Sicut olim erat holorum uendor, ita et caballorum nunc (*V, sed litteris maioribus*)

**36.** \*⟨Threx⟩] Gladiator retium; nam myrmillo se-25 cutor. Sensus: aut gladiator aut mercennarius erit (*Ι' bf*)

**40.** Sallustii illud (*Cat. 20, 3*):

Nam idem uelle atque idem nolle ea demum firma amicitia est (*ΓαbfV*)

4 et — est] *om. f* 5 de 1: *c:] om. b* 8 ordo] ordo  
est *V* 11 eutrapelum — et *εV*] *om. Γ* 13 uti debere *V*  
debere uti *rε* decere *γ* parua ueste] paruam uestem *γ*  
15 inpos: *ybfV*] impos: *rνf* dicitur] est *V* 16 uilium  
hominum in personas *V* 17 liberalitate *yvbf*] libertate *rV*  
18 ut] aut *V* 20 olerum *rνα*] holorum *γ* 24 myrmillo *r*  
mirmillo *yvbf* 26 salustii *Γ* salustius *fV* salustius *b salt α*

**42.** Amphion et Zethus Louis et Antiopae filii diuersi officii: Amphion cithara canebat, Zethus pastoris fungebatur officio. Propter hanc uitae diuersitatem tamdiu dissiderunt, donec Amphion causa concordiae citharam omitteret ( $\Gamma' \alpha b f V$ )  
5

Amphion lira delectabatur, Zechus (*leg. Zethus*) uero musica. Vnde odiosi inter se fuerunt, donec conticuit lyra Amphionis ( $V$ )

**46.** Meleager, Oenei filius, ab Aetolia, uenandi studiosus fuit, ubi et aper Calidonius; ergo 'Aetolis' 'amplis' 10 significat ( $\Gamma' \alpha f V$ )

**50.** Per haec, quae secuntur, uirtutem Lolli laudare contendit ( $\Gamma' \alpha b f V$ )

**54.** Vide, quomodo in Campo cum clamore circumstantium ludis? ( $\Gamma' \alpha b f V$ )  
15

**55.** < Tulisti >] Sub Augusto scilicet, de quo ipse (*carm. III 8, 21. 22*):

Seruit Hispanae uetus hostis orae  
Cantaber s. d. c. ( $\Gamma' \alpha b f V$ )

**56.** \* < Refigit >] Abstulit, ut (*Verg. Aen. V 360*): 20

Danais de poste refixum ( $\Gamma \alpha$ )

Signa Romana, quae Crassus amiserat, Persae ad Augustum per Tiberium remiserunt iam uicti ( $\Gamma' \alpha f V$ )

**58.** \* Ab amico sine uenia separatus;  $\pi\varrho\tau\epsilon\varrho\acute{\alpha}\pi\epsilon\nu\sigma\varsigma$  (*leg. προθεράπευσις*) ( $\Gamma' \alpha f$ )  
25

**60.** Deest 'tamen'. Ergo aliquotiens proprius dissimulandus est ludus, ut amico satisfiat, ne sine excusatione absis ( $\Gamma' \alpha V$ )

**61.** < Actia pugna >] Ad Actiacam respondit, ut Maro (*Aen. V 596*):  
30

Hunc morem cursus atque ( $\Gamma \alpha f V$ )

4 dissederunt *r* desiderunt  $\alpha$  20 abstulit *om. r*

63. Cum frater imitatione ipsius pugnae aduersarius fingitur tibi et lacus uester simulatum mare ( $\Gamma'\alpha fV$

65. <Consentire suis studiis>] Vt: 'eorum obsequi studiis', idest voluntatibus ( $\Gamma'(r\alpha\nu)EV$

5 66. \*Sinecdochicos manu utraque sublata pariterque s<a>epius mota. Hoc enim genus (hic . . . gestus? K.) ualde laudantium est ( $\Gamma'\alpha f$

*A VERSV 69 — 19, 16 DEFICIT V (fol. unum)*

75. \*Dicendo 'paruum munus' obscenitatem dicti 10 uitauit; significat autem coitum ( $\Gamma'\alpha f$

82. \*Theon fuit dicacissimus et maledicus, per quem maledici et detractores intelleguntur ( $\Gamma'fE\epsilon$

\*Luthienus Theo libertinus [et] prae amaritudine dicacitatis ita patronum quoque suum exasperauit, ut domo 15 eius summoueretur et quaternario legato iuberetur restem sibi palumque emere. Sensus: si quem uideris a malo homine uexari, defende et tuere ( $\Gamma'\alpha f$

88. \*Per auram allegoricos mutabiles diuites dicit ( $\Gamma\alpha b E$

20 89. \*<Oderunt h. t.>] Ostendit similem similibus delectari ( $\Gamma'\alpha\epsilon Porph.$

93. \*<Tepores>] Vomitus ( $\Gamma'\alpha E$

94. \*<Deme supercilio nubem>] Hoc est: desine seuerus esse ( $\Gamma'\alpha b$

25 97. \*Hortatur Lollium quaerere disciplinam ad commendationem amicitiarum, qua ratione queat, idest quemadmodum possit suauiter uiuere ( $\Gamma'\alpha ex Porph.$

98. \*<Semper>] Non 'te semper', sed 'semper inops' et hoc iuxta auaros ( $\Gamma\alpha$

1 immitatione  $\alpha$  in imitatione  $r$  . 2 fingitur  $rf$ ] om.  $\gamma\nu$   
 fugatur  $V$  fungitur  $\alpha$  tibi  $rfV$ ] ubi  $\gamma\alpha\nu$  3 studiis ob-  
 sequi  $V$  4 idest  $rE$ ] uel  $V$  om.  $\nu$  11 theon  $\Gamma'$ ] theon  
 enim  $fE\epsilon$  18 notabiles  $E$  23 hoc est] om.  $\nu$  29 inobs  $\gamma$

\*Quoniam s<a>epe per ignorantiam uitiosi sumus  
( $\Gamma'$   $\alpha b f$ )

**101.** \*⟨Reddat⟩] Vt alibi (*epist. I 14, 1*):

Mihi me redditis agelli ( $\Gamma' \alpha b$

**103.** \*⟨Fallentis⟩] Latentis uitae ( $\Gamma' (r \nu f)$ )

**105.** 'Mandela pagus', Mandelā in Sabinis est, et non pagus bibit, sed hii, qui in pago sunt ( $\Gamma' \alpha b f$  cons. *Porph.*)

\*Mandela pagus est in Sabinis rugosa faciens corpora hominum p̄ae frigore. In quem currebat fluuius 10 Horatii Digentia, de quo superius ait (*epist. I 16, 12*):

Fons etiam riuo dare nomen idoneus (cons. *Porph.*)

Item sensus: o amice Lolli, quid putas me sentire, et quid credis me precari deos, dum in rure meo uiuo, nisi hoc, quod tibi opto, uidelicet uirtutem, doctrinam, in- 15 minutionem curarum et ueram delectationem? ( $\Gamma' \alpha$ )

\*⟨Rugosus⟩] Quia contractos faciat ( $\Gamma \alpha b f E$ )

**107.** \*Quantum sufficiat mihi, etiam paratus sum minus habere, quam habeam ( $\Gamma' \alpha$ )

**109.** \*Notandum [est], quia studio solito librorum 20 copiam prius quam frugis uictusque est precatus ( $\Gamma' \alpha f$ )

**110.** \*Hoc est: ne animus meus dubia spe sit insatiabilis ( $\Gamma' \alpha b f$ )

**111.** \*Haec, inquit, de Ioue petam, quae ipse mihi praestare non possum, idest uitam et opes. Ceterum ut 25 aequum animum habeam, magis est in mea potestate ( $\Gamma' \alpha f \varepsilon$  ex *Porph.*)

7 set  $\gamma$  hii b] hi cett. 12 dare riuo  $\gamma \nu$  riuo dare  $r \alpha$   
*Porph. Hor.* 13 item] et est  $r \alpha$  15 tibi  $\gamma \nu$ ] te  $r \alpha$  opto  
edit.] hortor *codd.* inmin:  $\gamma$ ] imminutionem  $r \alpha \nu$  16 del:  
 $\alpha$  cons. r] dilectionem  $\gamma \nu$  17 contractus  $\Gamma \alpha b f$  contractos *E*  
20 est  $r \alpha f$  om.  $\gamma \nu$  21 prius  $\gamma$ ] plus  $\nu$  primum  $r \alpha f$  est  
precatus  $\nu \alpha f$ ] precatus  $\gamma$  precatur  $r$  24 de  $\gamma \nu$ ] a  $r \alpha f \varepsilon$   
*Porph.* 26 habeam  $\gamma \nu$ ] geram  $r \alpha f \varepsilon$  *Porph.*

## EPIST. 19

1. \*Hanc epistolam ad M(a)cenatem scribit, qua demonstrat pragmaticam suam, idest causam, quare carmina composuerit (*ex Porph.*). Sed prius uituperat imitatores Cratini, qui docuit non aliorum carmina esse stabilia, nisi qui potulenti et ebrii essent, trahens occasionem ipse Cratinus ex Homero et Ennio, in quorum libris laus inuenitur uini. Sed si laudauerunt, non tamen poetas uinolentos debere esse dixerunt ( $\Gamma'(r\alpha\nu)f\epsilon$ )

10 \*Cratinus, archearum comoediarum scriptor, tantae uinolentiae fuit, ut solitus fuerit super pelles recumbere, quas commeiere consueuerat; hoc etiam epigramma in monumento eius testatur eum fuisse uinosum. Idem etiam in suis fabulis negat bonum poetam, qui uinosus non fuerit, et ideo poetas in Liberi Patris esse tutela. Hic per hanc uinolentiam tantae libidinis fuit, ut cubiculum suum speculis adornaret, quatenus et coitum suum spectare posset ( $\Gamma'\alpha bf$ )

4. \*⟨Adscripsit⟩] Addidit, inseruit, connumerauit  
20 ( $\Gamma'\alpha bf E$ )

7. \*⟨Ennius⟩] Qui primus apud Latinos heroica fecit carmina ad annales conscribendos ( $\Gamma'\alpha$ )

8. \*Vt Persius (4, 49):

Sic puteal multa cautus (*gloss. α*)

25 12. \*⟨Nudo⟩] Hoc de quocumque philosopho, quoniam Cato nudis pedibus non fuit ( $\Gamma'\alpha bf$ )

\*Quid, si aliquis uestem uultumque Catonis imitetur, numquid continuo etiam uirtutibus Cato est? Cato enim, consul Romanorum, ut terribilior appareret hostibus, in 30 tonsis barba et capillis manebat cum duro calciamento pedum et cum toga exigua, ut uelocior esset ( $\Gamma'\alpha$ )

3 pragmatiam *Porph.* suam] *om. ν* 12 consuerat γ  
etiam] *eciam f* enim *r nam ν* 15 patris] *om. ν α* 17 quatinus  
*rαbf* quamtenus *ν* 22 libros annualium *r α* 28 est] *sit α fit r*

15. \*Iarbita Maurus fuit, qui, cum Timagenem philosophum post conuiuum et inter pocula declamantem uellet imitari et non posset, inuidia quodammodo disruptus est ( $\Gamma'\alpha$ )

\*⟨Lingua⟩] Aliter ‘cena’ ( $\Gamma\alpha f$ )

16. \*Quia conuiuae pastori suo etiam diserti dant gloriam. Persius (1, 38):

Laudant conuiuae nunc no⟨n⟩ ( $\Gamma'\alpha bf$ )

\*Decipiuntur, inquit, stulti, qui, cum posuerunt sibi exemplar bonorum, eosdem tantum in uitiis imitantur, ut 10 ille, qui Catonem se imitari putat, Maurus eloquentem Timagenem ( $\Gamma'\alpha$ )

### *REDIT cod. V*

18. ⟨Cuminum⟩] Vt pallorem meum possent imitari, quoniam cuminum potatum reddit homines pallidos 15 ( $\Gamma'(\gamma\alpha\nu)$ )  $V$

19. Loquitur contra malos poetas admirando dicens: o imitatores aliorum in uitiis et: o seruum pecus, idest seruile. Sicut enim serui ad alienum praescriptum et imperium uiuunt, ita et uos aliorum exempla in malo 20 semper imitamini. Quando enim uestram recordor uitam, plerumque iocor, plerumque irascor ( $\Gamma'\alpha bf$ )  $V$

\*Mire ait seruum, quoniam negant Stoici quemquam liberum esse praeter sapientem ( $\Gamma'\alpha bf$ )

21. Hic de se loquitur, ostendens, quomodo et qualia 25 carmina scripserit; et sic loquitur, quasi neminem fuerit secutus, sed libero consilio sua carmina inuenta conscripserit ( $\Gamma'\alpha$ )  $V$

3 diruptus  $\alpha$  ruptus  $r$  5 aliter] uel  $r$  cena  $f$  gena  $\Gamma\alpha$   
 8 nunc non  $K.$ ] nunc no⟨n⟩  $b$ , om. cett. 9 posuerunt  $\gamma\nu$ ] pro-  
 posuerunt  $\alpha$  proposuerint  $r$  11 se imitari  $\gamma$ ] imitari se  $r\alpha$   
 imitari  $\nu$  putat—timagenem] om.  $\nu$  21 uestram] om.  $\nu V$   
 recordor  $\gamma\nu V$ ] recolo  $r\alpha bf$  25 hic] hec  $V$  de se  $r\alpha$ ]  
 om.  $\gamma\nu V$  26 scripserit  $r\alpha$ ] scripserat  $\gamma\nu V$  et — conscr:]  
 om.  $\alpha$  27 conscripserit  $rV$ ] conscripsit  $\gamma\nu$

28. Metrum, inquit, Archilochi, quod nos imitamur,  
temperamus uersibus Alc⟨a⟩ei et Sappho, quos imitor.  
Sed neque eodem ordine uersuum utimur neque rebus,  
quibus sacerum insequitur ( $\Gamma'\varepsilon V$ )

5      30. \*Sacerum Licamben dicit, quem Archilochus ita  
persecutus est iambis, ut eum exagitaret et filiam eius  
sibi negatam ad laqueum confugere cogeret ( $\Gamma'\alpha bf$ )

32. \*⟨Hunc⟩] Alceum significat ( $\Gamma'\alpha$ )

\*Hunc (b)] Alceum, sed melius Archilocum (b)

10     35. Excusat se, cur, cum probetur a plurimis bene  
sua carmina composuisse, non tamen habeat laudatores,  
ostendens, quod propter inuidiam, quae est inimica uirtutis,  
per domos aliorum legeretur et publice detraheretur,  
et quia non conducebat sibi cibo et muneribus uestium  
15 fauorem uulgi, quod solent facere amatores adulatio-  
nis ( $\gamma\nu V$ )

37. \*Persii illud (1, 53. 54):

Calidum scis ponere sumen,  
Scis comitem horridulum trita donare lacerna

20 ( $\Gamma\alpha bf$ )

39. \*⟨Auditor⟩] Iuuenalis (s. 1, 1) ( $\Gamma\alpha bf$ )

42. Illi enim pondus laudum nugis suis accumulare  
gaudent, qui carmina sua in honesta laudari cupiunt  
( $\Gamma'\alpha f\varepsilon V$ )

25     43. \*‘Si dixi’ κατὰ νοιον; est autem pro ‘si  
dixero’ ( $\Gamma'\alpha f$ )

45. Ad illius dicta uereor libere et urbane respon-  
dere, ne eum ad iram commoueam. ‘Naribus uti for-

1 inquit] *om. r*    2 sapho  $\nu\varepsilon V$  saffo  $\gamma$  safo *r*    3 sed  
neque] *sed non V*    4 insequitur  $\Gamma'\varepsilon$ ] suum licāben persecutus  
est *V*    6 est  $\nu bf$ ] *om. \Gamma\alpha*    12 quod] *hoc esse V*    est  
inimica uirtutis (*tartatis v*)  $\Gamma']$  inimica uirtutis est  $\varepsilon$  inimica  
est uirtuti *V*    13 per — adulationis] *om. V*    22 accumulare  
gaudent] *accumulant V*    28 ne eum (*necū \alpha*) ad iram  $\Gamma'\alpha f$ ]  
Ne eos ad iracundiam *V*    ad — respondere] *om. V*

mido': timeo esse fastidiosus et contemptor, sed honestas excusationes quaero, ne recitem ( $\Gamma' \alpha b f V$ )

**47.** Diludia dicuntur tempora, quae gladiatoribus conceduntur inter dies munerum, quibus pugnant ( $\Gamma' \alpha b f V$ )

[Spacium enim dandi carmina clamo et intermissionem uel dilationem ludorum exposco, et subiungit causam, cur postulet diludia, quoniam excludo (*leg. ex ludo*) iram (*leg. ira*) ex (*leg. ex ira*) inimicicia et bellum generatur ( $V$ )

---

## EPIST. 20

**1.** Hac epistola alloquitur librum suum metaphoricos 10 quasi rem animatam, significans illum in publicum uelle procedere, se uero prohibere. Sed multi reprehendunt illum, quare in ordine aliarum epistolarum hanc posuerit et non in fine aut in capite, cum neque ad absentem neque ad hominem scripta sit. Quorum reprehensio re- 15 futatur, quia in fine libri posuit illam. Principium enim et finis nulla in omnibus libris regula continetur ( $\Gamma f \varepsilon V$  sim. *Porph.*)

\*Ad librum suum loquitur tamquam ad puerum prostatarum ( $\Gamma' (\gamma \nu b)$ )

Vertumnus et Ianus dii sunt, qui praesunt negotiis ementium et uendentium, ante quorum templa erant loca, in quibus cum ceteris rebus etiam libri uenales erant. Per deos autem loca significat ( $\Gamma \alpha f E V$  sim. *Porph.*)

Loca sunt in Rostris, ubi Sosii fratres libros uende- 25 bant, ut alibi (*epist. I 1, 54. 55*):

Haec Ianus summus ab imo  
Producet ( $\Gamma' \alpha b f V$ )

2 ne] ut  $V$       4 inter  $\Gamma \alpha b f$ ] in  $\nu V$       u. 49 — II 2, 65  
*DEFICIT cod. Hor.  $\nu$*       12 se uero  $r f$ ] sed se,  $\gamma V$ , eu.  $\varepsilon$       16 in]  
& in  $\gamma V$       19 quasi  $b$       21 sunt] fuerunt  $\alpha$       22 ante —  
significat *om.  $\alpha$*       23 etiam  $r f E$  *Porph.*] *om.  $\gamma V$*       25 uende-  
bant] deridebant  $V$

2. In mensa Sosiorum, qui Graece bibliopolae appellantur, idest uenditores librorum. Dicti Sosii a familia, quorum mensam poetica licentia pumicem uocat ( $\Gamma \varepsilon V$

3. 'Odisti', inquit, includi et sub sigillo esse, quod 5 pudicis gratum esse consueuit, et doles, quod a paucis reuolueris ( $\Gamma \alpha f \varepsilon V$  ex Porph.).

7. \*⟨Quid uolui?⟩] Vt (*Verg. ecl.* 2, 58):

Heheu quid uolui misero mihi? ( $\Gamma \alpha b f$

9. Quodsi ego, qui augur tuus sum, idest diuinus, 10 tibi peccanti futura praedico, non odio tui loquor: tamdiu Romae carus eris, quamdiu noui libri pulchritudinem retinueris. Sed cum fueris sordidatus per processum temporis, nemo te ornabit atque describet, sed aut carie consumeris aut fient ex te opistographae epistolarum 15 ( $\Gamma \alpha f \varepsilon V$  ex Porph.).

10. Deserat aetas ( $\Gamma \alpha f V$ )] Prodat et ingratum faciat uetustas. Seruauit metaphoram, quasi de meretrice loquens ( $\Gamma \alpha f V$

17. \*Quasi ipse liber pueros elementa docturus sit, 20 ita loquitur ( $\Gamma \alpha f$  ex Porph.).

18. \*Hoc est: ut senescas balbutientium meditatione ( $\Gamma \alpha b f \dot{E}$

19. Tunc enim dictata accipiunt pueri, cum beneficio solis cera facilius deletur ( $\Gamma \alpha b f V$

1 uocantur ε 5 quod — reuolueris] *om. γ α* quod paucis recitem *Porph.* 6 reuoluaris *r* reuolueris *f ε V* 9 quodsi *r f ε V*] idest *γ α* 10 loquor *V Porph.*] loquar  $\Gamma \alpha f \varepsilon$  tamdiu — describet] *om. γ α* 11 pulchrit: *r f*] pulcrit: ε *V* 13 describet *r f ε Porph.*] scribet *V* sed aut *r f V alt. loco Porph.*] Idest aut *γ α V alt. loco, euanuit ε; in V uerba* 'aut — epist:' *bis extant* 14 opistographe *V utrubique* epistographae ε epistographε α epstographε γ epistographe *f* epistografae *r* post opistographe *in V alt. loco interpolatum est:* 'idest superscriptiones', *non alt. loco* 16 deserat] dos erat *V deerat f* 17 metaph: *r V*] metaformam *α f* metafora *γ* 23 enim] omnes *V* pueri] *om. r f*

Secundum morem librariorum et magistrorum loquitur, qui circa quartam et quintam horam pueris dictata praebere consuerunt, quo tempore tractabiliores sunt (*ΓαEV ex Porph. V add.*: et abhinc parentelam suam, staturam quoque corporis et aetatem urbane designat (*psignat V*) 5

**21.** \**(Maiores pinnas)*] Ultra dignitatem meorum natalium amicitiam Caesaris adquisisse et principum (*Γ(rε)*)

**22.** Causam exponit, cur non uerecundetur humilem genealogiam profiteri, scilicet quod non haberet ex parentibus, haberet ex sapientia (*ΓεV*) 10

**23.** \*Terentii illud (*adelph. prol. 18—20*):

Cum illis placet,  
Qui uobis uniuersis et populo placent,  
Quorum opera in bello, in otio, in negotio (*Γαbf*)

Domi et belli aduerbia sunt, ubi se dicit placuisse 15 primis urbis, idest principibus: Augusto, M*(a)*ecenati atque Polloni (*ΓV cons. Porph.*)

**24.** Haec descriptio caracterismos appellatur, idest imaginatio formae hominis. Dicit autem se praecanum, idest properam canitiem habere et ante annos albescere 20 (*ΓεV cons. Porph.*)

\**(Solibus aptum)*] Durae cutis hominem et ad laborem fortem (*Γα*)

**28.** \*Eo anno compleui XLIII annos, quo Lollius consul sortitus est socium Lepidum in consulatu (*ΓΕε*) 25

2 dictata pueris *rE*      3 quo — sunt *EV Porph.*] om.  
*Γαf*      9 non haberet] non habebat *V*      16 atque polloni *r*] apollini *γ* et polloni *V*      19 dicit autem *Γε*] dicens *V*

## EPISTVLARVM LIBER II.

### EPIST. 1

1. Augusto petenti, ut aliquid sibi operis dedicaret,  
scribit Horatius ideo se huc usque non fecisse, ne iacturam  
rei publicae faceret, si uersibus suis Caesarem a re publica  
seuocaret. Deinde paulatim ad hoc descendit, ut de iu-  
dicio temporis queratur, quo antiquos poetas laudamus  
merito uetustatis, nouos contemnimus, etiam si ueteribus  
possint esse meliores (*ΓαbfV*)

10 Mire 'solus'; apparet enim deuicto iam Antonio,  
mortuo Lepido, qui triumiri cum Augusto fuerant, hanc  
epistolam ad Caesarem scriptam (*ΓαbfV*)

2. \*Moribus suis, aut quos ciuibus pro lege inposuit,  
sed melius suis (*Γαbf*)

15 5. Sensus: tanti uiri, idest quos consecratio manebat,  
inuidiam inter suos passi sunt, quanto tu maiorem, cum  
praesenti tibi largimur honores (*ΓαbV*)

Laudata uirtute Caesaris dicit ei soli contigisse, ut  
inuidiam uiuus uinceret. Et est ordo: Romulus et Liber  
20 Pater, dum terras hominumque genus colunt et cetera

4 scribit] scripsit *V* ideo] id ideo *Pauly* 6 seu-  
caret *rαV*] reuocaret *ybf* deinde paul:] Paulatim autem *b*  
*Paulatim V* 8 contemnimus *r pr. γ*] contempnimus *r corr.*  
*αbfV* 15 idest quos *K.*] iniquos *V* in quos *cett.* 16 ma-  
iore *K.*] maiores *codd. Hauthal* 19 uiuus — faciunt] *om. r*  
uinceret] euinceret ε et est ordo] *om. ε*

faciunt, plorauere non respondere fauorem speratum suis meritis, recepti in templa deorum post ingentia facta ( $\Gamma\varepsilon V$  ex Porph.

8. \*⟨Componunt⟩] Finiunt, ut Virgilius (*Aen.* I 374):

5  
Ante diem clauso componet Vesper Olimpo ( $\Gamma\alpha$

7. 8. Iucunde, dum ea, inquit, faciunt, quae tu, et tamen non fuerunt tam grata ( $\Gamma b f V$ )

9. Sensus autem est: tu solus promeruisti in uita tempa et diuinis honores sine inuidia, quod nemo imperatorum habuit nisi post mortem. Vnde dicit, quia doluerunt in uita Liber et Castor et Pollux et Romulus, quod populus non redderet eis honorem, quem promeruerunt suis uirtutibus ( $\Gamma V$ )

10. Diram ( $\gamma$ )] Herculem dicit, qui inter duodecim 15 nota portenta etiam Hydram exussit ( $\Gamma\alpha E V$ )

\*Qui licet tantae uirtutis esset, non caruit inuidia, donec mortuus est ( $\Gamma\alpha E$ )

11. ⟨Fatali p: labore⟩] Mire ‘fatali’; ita enim semper adiunctus Herculi fuit, ut fatalis esse crederetur. 20 Idem ergo expertus est inuidiam non nisi morte compesci. Vt alibi poeta (*carm. III 24, 31. 32*):

Virtutem incolumem odimus,  
Sublatam ex oculis quaerimus inuidi ( $\Gamma\alpha b f V$ )

13. \*⟨Vrit⟩] Idest inuidiae liuore stimulat ( $\Gamma\alpha b f E$  25)

1 plorauere — fauorem] *om. r* 4 ut *r*] *om. γ* 6 componit  $\alpha$  7 iucunde (ioc: *b*) dum] *om. f* 8 fuerū — fuerunt  $\gamma V$ ] fuere *r b f* tam  $\Gamma b$ ] *om. f* tunc  $V$  9 Sensus] ante hanc uocem haec leguntur in  $V$ : Recepti ·i·e·aeo iea· promeruisti] minuisti  $V$  10 imperatorum — doluerunt] *om. V* 13 quod — uirtutibus] nec ullis aliorum  $V$  15 dicit  $\gamma\alpha V$ ] significat *r E* 16 exussit *r F*] excussit  $\gamma\alpha E$  percussit  $V$  23 incolumem  $\alpha b$  corr.] incolumī *f* incolomen  $\Gamma$  incolomī  $V$ , item ut uid. *b pr.* odimus — inuidi & cetera  $V$

18. Populus, inquit, Romanus in hac sola re iustus et sapiens est, quod te praefert omnibus ducibus suis omnibusque Graecis, sed in hoc, quod cetera simili ratione non ponderat, stulte agit, dum omnia noua fastidit, quae 5 a poetis scribuntur et quae a iudicibus dictantur, in tantum delectans ueteribus, ut legem Romanam, quae in XII tabulis continetur et foedera sub antiquis regibus facta uel quae Romani fecerunt cum Sabinis uel cum aliis gentibus, libros quoque annales, ubi iura pontificum continebantur, et antiqua uolumina uatum, idest Ennii, Homeri, Neuii, Pacuuii, Accii, Afranii, Terentii aliorumque ita pro uero teneat, quasi Musae ea locutae sint in monte Albano (*Γαε* V)

23. \**<Tabulas>*] Legis (leg. leges) XII quae erant 15 in aerario (*ε*)

26. \**<Annosa>*] Ephexegesis (*Γαβφε* E)

28 *sqq.* Ordo uerborum est: si Romani scriptores nouelli eadem trutina pensantur, quia quaeque scripta Graecorum sunt antiquissima uel optima, non est quod 20 multa loquamus. Et est sensus: si Romani poetae eodem examine et iudicio examinantur, quo Graecorum, ut, quanto fuerint antiquiores, tanto sint honorabiliores et cariores, nouelli uero poetae pro nihilo ducantur, nihil restat, nisi ut ea, quae per naturam mutari non possunt, denegemus,

1 romanus inquit α sapiens et iustus V 5 et — dictantur] *om. V* dictantur] *om. r* 6 delectans *Γε*] delectatus V delectant α quae γV] quae in rαε 7 tabulis rαεV] legibus γ sub regibus antiquis rαε 9 ubi — aliorumque] nescio an haec uerba pro interpolatione habenda sint 11 accii afranii terentii] *om. V* accii rα] actii γε afranii] africani α 12 teneat r] teneant γαεV ea locutae sint γV] locutae sint (s = sunt ε) ea rαε monte albano γεV] albano monte rα 16 ephexegesis b] ef: aut eff: cett. 17 est γα *om. V* 19 uel γα] et V 20 eodem — ut γα] *om. V* 22 honerabiliiores V, recte α cons. γ et cariores V] *om. γα* 24 ut V] *om. γα* per γα] post V mutari γα] mutare V

dicentes illud esse molle, quod naturaliter durum est, et illud durum, quod naturaliter molle ( $\Gamma(\gamma\alpha)V$ )

**28.** \*Si ideo negat populus nouellos poetas bonos esse, quia non sunt antiqui, Gr<a>ecos uero bonos, quia sunt antiqui, nil restat, nisi denegemus ea, quae naturaliter sunt, idest ut os oleae non sit durum et testa nucis, quod contrarium est ( $\Gamma(r\epsilon)$ )

**31.** Hoc est: si non licet contradicere, negemus etiam ea, quae palam uidentur, idest contra naturam consentiamus ( $\Gamma\alpha b f V$ )

Sensus: si mentiendum est, inquit, quare non et haec nobis assumimus? ( $\Gamma\alpha b V$ )

**34.** Hoc est: si temporibus meritum carmina sortiuntur et erunt sicut uina, uelim scire, quotus annus carmen laudabile efficiat ( $\Gamma\alpha b f V$ )

**38—51 absc. in b**

**40.** Hoc est: quid de illo poeta dicimus, qui post illum, qui ante centum annos mortuus est, deficit uno tantum mense posterior? ( $\Gamma\alpha f V$ )

**45.** Sicut, inquit, paulatim carpitur cauda equi, 20 quoisque tota sit extracta, ita et ego paulatim euellam numerum centum annorum, donec subducto aceruo numeri decipiatur ille, qui per uetustatem temporis laudat poetas et carmen ipsorum et <a>estimat uirtutem carminis numero annorum ( $\Gamma f \epsilon V$ )

\*Crisippi sillogismi sunt seu dominos (*leg. pseudomenos*) et sorites; seu dominos (*leg. pseudomenos*) est,

2 naturaliter molle  $\alpha$ ] naturaliter est molle  $\gamma$  molle est  $V$   
 9 ea  $\Gamma\alpha b f$ ] *om. V* idest] quod  $V$  11 sensus] sensus  
 est  $V$  est inquit] inquid est  $V$  14 et  $\gamma\alpha$ ] *om. cett.*  
 uelim — efficiat  $\gamma\alpha$ ] *om. bf V*; in  $r\epsilon$  haec legimus: Si, inquit,  
 uenustas (*sic r\epsilon*, *Hauthal falso uetustas*) et honestas in carmine  
 tamquam in uino per (*sic r\epsilon*, *om. Hauthal*) tempus inquirenda  
 est, uelim scire, quotus annus laudabile carmen efficiat  
 17 poeta] *om. r* 21 quoisque] donec  $r$  et] *om. V*  
 22 aceruo numeri  $\gamma f \epsilon$ ] numeri aceruo  $r$  aceruo  $V$  23 ille]  
*om.  $\gamma V$*  26 *hoc schol. om. Hauthal, emend. K., stud. Vindob.*  
*1901, p. 118* 27 sorites] forites  $f$  soritas  $\Gamma\alpha$

cum falsitatem ueritate confirmat, ut si quis dicat: dico me mentiri et mentior, uerum igitur dico. Sorites autem est, cum ultra modum capacitatis adsensionem audientis breui adiectione producit dicendo unum et unum (*Γαf cons.b*)

5      48. \*⟨In fastos⟩] Annales (*Γαf E*)

Qui nihil laudat, nisi quod sepultum est et defunctum ac per hoc antiquum (*Γ V*)

49. \*⟨Libitina⟩] Feretrum (*Γ(rα)f E*)

\*⟨Libitina⟩] Dea Egiptiorum, libidinis dea, quam 10 quidam Venerem infernalem esse dixerunt; tamen et Libitina dictus lectus mortuorum (*α*)

50. Ennius, ait, leuiter curare uidetur, hoc est uilior est, quam putabatur, nec ⟨curat quomodo⟩ promissis suis satisfaciat. Nam dixerat in somnis (*leg. somniis*) uidisse 15 se, quod anima Homeri in ipsum per pauonem transisset; sed non ita dicit Ennius, ut Homero similis uideatur. Nam multa leuia et indigna auctoritatis in opere eius inueniuntur (*Γαf V*)

\*Scribit enim in principio annalium suorum se somnio 20 monitum, quod secundum Pythagorae dogma anima Homeri in corpus suum uenisset. Facete autem somnia Pythagorea dixit, ut ipsum etiam Pythagoram antiquum poetam Ennius licet iunior contempserit et nihil curaret, utrum anima Pythagorae uenisset in corpus suum an non, sciens se non 25 inferiorem, quia, quanto iuniores, tanto perspicatiores (*Γ(rε)*)

51. \*⟨Critici⟩] Critos iudicium, unde critici iudices singularum rerum (*Γαbf*)

\*Critici idest iudices, secundum quorum sententiam 30 Ennius sapiens fuit (*Γ(rε)*)

1 falsitate ueritatē *α*      3 assensionem *γ* ascensionem *α*  
 6 et *Γ*] ac *V*      13 putabatur] putatur *V*      curat quomodo  
 uel curare uidetur quomodo *add. K.*      15 se *Γαf*] *om. V*  
 per] *om. V*      17 auctoritatis] *om. γ*      19 enim *ε*] ennius *r*  
 23 nihil *ε*] non *r*      27 inde *α*      29 critici — quorum *r*] critos  
 gr dicitur latine iudex secundum quorum *ε*

52. *<Quo promissa cadant e. s. P.?>*] Quo tendant (*leg. tendat*), ut possint (*leg. possit*) respondere promissi? ( $\Gamma(r\alpha)bV$

Pitagoras enim dixit animas in diuersa corpora trans-  
itum facere ( $\Gamma\alpha bV$

\*Ennius Pyth>agorae animam dixit ad se uenisse  
in somnis (*leg. somniis*), et nihil de philosophia scripsit  
( $\Gamma\alpha b f$

55. Quotiens legentes dubitant, quis prior fuit, licet  
alter multo antiquior sit, alter nouellus, aequaliter uene- 10  
ratur ab illis ( $\Gamma(\gamma b)V$

56. \*Accius iunior poeta suo ingenio praecelluit  
Euripidem, qui fuit altus et sublimis ingenio ( $\Gamma f E \epsilon$

\**<Senis>*] Sophoclen dicit ( $\Gamma(r b)E$

\**<Alti>*] Euripiden dicit ( $\Gamma(r b)E$

57. \*Afranius togatas comoedias scripsit, hoc est  
Latinas; nam Graecae palliatae dicebantur ( $\Gamma(yf)\alpha b$

Afranius in libris suis Menandri stilum secutus est,  
[et] ideo toga illius dicitur ei conuenisse [idest stilus]  
( $\Gamma f \epsilon V$

58. Epicharmus antiquus comicus Siciliensium erat  
( $\Gamma E V$

61. *<Hos ediscit>*] Idest antiquiores: Neuium, So-  
phoclen, Euripidem, Afranium, Epicharmum, discit Roma  
in scolis et admiratur in theatris, despiciens iuniores, licet 25  
ipsi praecellant ( $\Gamma f \epsilon V$

62. Liuius antiquissimus poeta fuit Andronicus, qui  
primus comoedias scripsit ( $\Gamma\alpha bV$

2 poss  $\alpha$  = possunt 4 pit:] | agoras b 6 pythagore rb  
phitagore f pitagore  $\gamma$  pitagore  $\alpha$  ad se // se dixit b  
ad se dixit f 7 nil  $\alpha f$  12 accius  $\gamma f E$ ] actius  $r \epsilon$   
14 -em b E 15 -em b E 17 cf. schol. Iuuen. 1, 3: To-  
gatae sunt comoediae Latinae, quales Afranius fecit, palliatae  
Graecae 19 et  $r f \epsilon$  om.  $\gamma V$  illius] om. V idest stilus  
 $f \epsilon$ , om. cett. 21 erat V] om. cett. 23 idest V] om. cett.  
sophoclen V sophoclem  $r f \epsilon$  sofoclen  $\gamma$  26 ipsi  $r f \epsilon$  V] illi  $\gamma$   
u. 63—123 DEFICIT cod. b

67. Ordo: etsi fatetur multa eos ignaue dicere ( $\Gamma\alpha V$ )

68. Iouem imitatur in suo iudicio recte iudicans reprehendendo ueteres, qui multa turpiter et obscure dixerunt ( $\Gamma V$ )

5 69. Leuius autem fuit poeta lyricus ante Horatium nullius momenti; alias 'Neui', sed uerum est 'Leui' ( $\Gamma\alpha V$ )

70. Excusat se dicens, quod non propter inuidiam talia loquatur de ueteribus poetis. Non censeo, inquit, Liuui carmina delenda, quae quondam mihi dictabat 10 s<a>euus [Orbilius] magister, sed indignor et miror praeferri illa quasi emendata nihilque distantia a perfectis carminibus, cum sint adhuc mendosa ( $\Gamma\varepsilon V$ )

71. Per transitum carpit Orbilium ludi magistrum. Eleganter autem ostendit uel librariis ueteres libros neces- 15 sarios ( $\Gamma\alpha V$ )

74. Idest propter unum uersum uel duos totum poema pretium facit ( $\Gamma f E V$ )

76. In antiquis, inquit, si aliquid dishonestum uiderint, potius laudant, quam damnant; meum uero, quam- 20 quam honestum, propter nouitatem reprehendunt ( $\Gamma(\gamma\varepsilon)V$ ; in r scholion ipsum abscissum, nota intacta remansit)

79. Hoc est: in scenam recepta sit, ubi flores spar-guntur, uel quia est Attae fabula, quae Matertera inscribitur, in qua flores enumerat ( $\Gamma\alpha V$ )

25 <Attae>] Antiqui poetae (( $\Gamma\alpha E V$ )

\*Atta <tog>atarum scriptor tragediarum et comoediuarum fuit antiquus, qui in suis dictis ita florū genera

1 ordo  $\Gamma\alpha$ ] ordo est  $V$  5 liuius autem poeta fuit ante horatium liricus  $V$  poeta autem fuit liricus ante horacium nullius nominis  $\alpha$  fuit autem poeta lyricus (lir:  $\gamma$ ) ante horatium (homerum  $\gamma$ ) nullius momenti, alias neui, sed uerum (uerius  $r$ ) est leui  $\Gamma$  9 liuui carmina delenda  $V$ ] del: c: l:  $\Gamma\varepsilon$   
 10 orbilius  $r\varepsilon$  om.  $\gamma V$  12 adhuc  $\gamma\varepsilon$ ] om.  $r$  ad hoc  $V$   
 23 matertera  $\alpha$  pr. Porph.] ma///ra  $r$  materterra  $\alpha$  corr. mater terra  $\gamma$  natera  $V$  25 antiquus poeta  $V$ , idem hoc schol. coniungit cum antecedente 26 tog in  $\varepsilon$  euauit, in r abscissum

repetit et numerat, ut sine dubio reprehendendus sit ob nimiam loquacitatem ( $\Gamma(r\epsilon)$  ex Porph.

80. Sensus ex superioribus pendet: si dubitem, inquit, de merito Attae, et cum Aesopum et Roscium coner reprehendere, exclament, inquit, patres (Pers. 5, 103. 104) 5 'frontem perisse de rebus', quia nihil rectum putant, nisi quod placet ipsis ( $\Gamma\alpha fV$ )

82. \* $\langle A \rangle$ esopus et Roscius antiquissimi comici fuerunt ( $\Gamma\epsilon$ )

84. Dicit idcirco senes iuniores despicere, uel quia 10 nolunt et turpe uidetur eis iunioribus oboedire uel quia, quod in infantia didicerunt, secum semper retinere uelint ( $\Gamma\epsilon V$ )

86. \*[Numa Saliare carmen composuit.] Quod Salii cantabant. Salii dicebantur, qui circa aras canendo sa- 15 liebant ( $\Gamma\alpha fE$ )

88. Non tantum, inquit, laudat antiquos cum amore, quantum nos et nostra uituperat cum inuidia ( $\Gamma f\epsilon V$ )

91. Idest quid ad nostra tempora perueniret? Scilicet nihil ( $\epsilon V$ ) 20

Idest si numquam noui fuissent, numquam fuissent ueteres, quia nihil uetus, quod non sit prius nouum ( $\Gamma\epsilon V$ )

92. Vtique apud antiquos, quae erant uetera, quamdiu noua fuerunt, si ideo displicuissent, non seruarentur recepta in auctoritatem ( $V$ ) 25

\*Vtique, quae nunc uetera, fuerunt noua. Quae si ideo displicuissent tunc, quia noua fuerant, non seruarentur recepta in auctoritatem ( $\Gamma\alpha bis f$ )

3 hoc schol. sil. om. Pauly et Hauthal  
om. V 6 nil r 7 placet ipsis V] ipsis placet cett.  
10 iuniores despicere γ] despicere iuniores  $r\epsilon$  iuuenes despicere V uel] om. r 11 uidetur eis] eis uidetur V iunioribus oboedire ε V] iunioribus obedire γ obēdire iunioribus r uel quia — uelint om. r quia quod ε V] quod γ 14 numa — composuit α, om. cett. 15 saliendo cantabant α 19 scilicet K.] si ε s, — sed V 21 idest Γε] om. V noui fuis- sent  $r\epsilon V$ ] fuisse noui γ 22 quia — nouum] om. V fuisse ueteres] essent uet:  $r\epsilon$

**93.** Hic ostendit, quod fuerit initium poeticae professionis, et dicit: quamdiu habuerunt Graeci bella, non studebant ludis; cessantibus autem proeliis ludos inuenierunt diuersos otiositati uacantes, inter quos etiam artem poeticam ( $\Gamma \varepsilon V$ )

**97.** Coepit amare picturam, in quam intenderet uultus et mentes hominis ( $\Gamma V$ )

**99.** Ita lasciuiebat, inquit, per diuersos ludos, sicut puella solet sub nutrice lasciuire ( $\Gamma f \varepsilon V$ )

**100.** *⟨Reliquit⟩*] Vt alibi (*art. poet.* 165):

Et amata relinquere pernix ( $\Gamma \alpha f V$ )

**101.** Ostendit nil nos amare uel odisse, quod non satietate mutetur ( $\Gamma f \varepsilon V$ )

**103.** De Graecorum moribus transit ad consuetudinem

15 Romanorum, qui, antequam coepissent lasciuire et poetriae studere, primo mane domum aperiebant uigilantes ad opus aliquod, soliti clientibus, idest minoribus amicis, praecepta dare, quo maiorum amicorum amicitiam colerent, et largiri cautos nummos congruis personis et aliis bonis studiis intendere. Sed cupiditas et leuitas mutauit eorum animos, ut intermissis aliis studiis tantummodo poetriae intenderent ( $\Gamma \varepsilon V$ )

**107.** \**⟨Damnosa⟩*] Epitheton proprium libidinis ( $\Gamma \alpha f$ )

110. \**⟨Fronde⟩*] Hedera; haec enim arbor est poe-  
tarum ( $\Gamma \alpha f$ )

**111.** \**⟨Ipse ego⟩*] Satyrice nec sibi parcit ( $\Gamma \alpha f$   
*ex Porph.*)

2 greci habuerunt *V*      3 studebant] studuerunt *r ε*  
inuenerunt] adinuenerunt *ε*      5 poeticam] poetriam *V*      7 et  
mentes hominis] hominis et mentes *V*      12 nos nil *V*      14 con-  
suetudines *r ε*      15 poetriae *r*] poetrie *V* poeticae *γ*, *sed cf. fin.*  
*schol.*; *ε euauit*      17 dare p̄cepta *V*      18 quo *ε*] quorum *Γ V*  
20 mutauit eorum animos *γ ε*] animos eorum mutauit *V* mu-  
tauit animos eorum *r*      21 tantummodo] *om. V*

\*Dicit ergo tanto studio se teneri poetriae, ut publice quidem mentiretur se uersus non componere, rediens autem domum ante solis ortum tabellam arripere<sup>t</sup> ( $\Gamma(rf)E$ )

**112.** Mendaces Parthi dicuntur ob id, quod datis induitiis Crasso rupto foedere subito aborti sunt et eum peremerunt ( $\Gamma\alpha fV$ ) 5

**113.** \*⟨Scrinia⟩] Capsas, in quibus scripta reponuntur ( $\Gamma\alpha\epsilon$  ex *Porph.*)

**114.** \*Persius (5, 102—104):

Nauem si poscat sibi peronatus arator  
Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse  
Frontem de rebus ( $\Gamma\alpha f$ )

\*Persius (5, 100. 101):

Diluis elleborum, certo compescere puncto  
Ignarus: uetat hoc natura medendi ( $\Gamma\alpha f$ )

Hoc contra eos, qui ignari artis poetae uolunt haberi; et dicit, quia, cum alii propriis studiis contenti sint nec audeant inchoare uel appetere, quod ignorant, ad studium poetriae etiam, qui artem ignorant, audent se conferre ( $\Gamma V$ )

**117.** \*Vt in arte poetica (u. 382):

Qui nescit uersus, tamen audet fingere ( $\Gamma\alpha fE$ )

**119.** Non facile, inquit, auarum poetam reperies ( $\Gamma\alpha\epsilon V$  ex *Porph.*)

**121.** Docet, quomodo possit discerni bonus poeta a falso, seruans bonum ordinem secundum laudis praecepta, 25

3 arriperet K.] adripiat *Hauthal* arripere *rfE*, ε euān.

4 Parthi mendaces *V* id] hoc *V* 5 induitiis *r*] induciis *fV*  
indiciis γα ut eum perimerent *V* 10 nauem *r Persius*] nauim γ nā uī *f naues α* si poscat sibi *Persius*] si poscat γ  
sibi poscat αf sibi si poscat *r* peronatus *rα*] personatus γf  
*Persii P* 15 ignarus *rαf*] hignarus γ nescius examen *Persius*  
16 haberi] uideri *V* 19 ignorant *rV*] ignorent γ  
22 reperies αε*V cons. Porph.*] inuenies Γ 24 docet] dicit *V*

dum ostendit, quibus malis carere debeat, et sic uenit ad ea bona, quae habere debet (*ΓεV ex Porph.*)

Ridet (*V*)] Id est pro nihilo deputat, nihil curans dampni, si ei nuntiatum fuerit (*ΓfEV*)

5      **123.** \*Siliquis] Leguminibus (*ΓαfE*)

\*⟨*Pane secundo*⟩] Id est uiliore, qui fit ex cantabro (*r*)

\*⟨*Secundo*⟩] Non silagineo, non primo, non ultimo (*ΓαbfE*)

10     **126.** \*Persius (1, 35):

Et tenero subplantat uerba palato (*Γαbf*)

**133.** Ostendit utilitatem magnam a poetis urbi inferri, quia ipsi componunt carmina, quibus dii placantur per ora puerorum et puellarum, sicut est istius Saeculare 15 Carmen, quod pueri et puellae cantauerunt in Capitolio. Quae carmina ditirambica uel poema uocantur; ac per hoc, quod pueri et uirgines a diis impetrant pro statu rei publicae, asscribendum est poetae, qui carmina componit. Antiquitus enim et pueris et puellis praecipiebatur 20 cantare carmen, ut aetas innocentior deos placaret (*ΓV*)

\*⟨*Preces*⟩] Hymnos uersibus compositos (*ΓbfE*)

**136.** \*Maro (*georg.* III 539. 540) de morbis:

Timidi dammae ceruique fugaces  
Nunc interque canes et circum tecta uagantur

25 (*Γαbf*)

**142.** \*‘Pueris’ filiis, ut (*Verg. Aen.* VI 832):

Ne pueri, ne tanta animis a. b.

aut ‘pueris’ uernis dixit (*Γαbf*)

1 malis *Γ Porph.*] defic. ε maculis *V*      3 nihil — fuerit *V*]  
*om. cett.*      4 nunciatum *V*      8 silagineo γα] silagineo *rE*  
 sillagineo *b* sigilinoe *f*      non ultimo] τ ultimo γ      11 sub-  
 plantat *bf*] supplantat *Γ* supplantet α      13 quia] qui *V*  
 14 ora — per] *om. V* propter homoeoteleuton      19 enim et]  
 enim *V*      20 cantare carmen *rV*] cantare γ

**144.** Qui enim Genio indulgent, memores sunt breuis  
aetatis ( $\Gamma\gamma\varepsilon$ ) *V ex Porph.*

**145.** Per hunc, inquit, morem ueterum agricolarum  
inuenta sunt etiam Fescennina, in quibus exprimebantur  
iocosa conuicia. Dicta sunt autem Fescennina ab oppido, 5  
unde primum processerunt ( $\Gamma\varepsilon V$  *ex Porph.*).

Ostendit ergo, quia, sicut antiquitus dii sacrificiis  
placabantur, ita modo carminibus ( $\Gamma\varepsilon V$ )

**148.** Dicit, quia tamdiu amabiliter tragoediae et  
comediae et Fescennina carmina cucurrerunt, donec 10  
ipsa libertas in uitium uerteretur publice et nominatim  
aliorum uitia carpendo; sed indignati non solum illi, qui  
lacessebantur detractionibus, uerum etiam, quibus ingratum  
erat nobilibus personis contumeliam inferri, lege consti-  
tuerunt, ut nemo nominatim alicuius uitium recitaret; 15  
quod si quis poetarum egisset, fustibus cederetur ( $\Gamma V$   
*sim. Porph.*)

**149.** De comedia dicit Attica, quae ante mordax  
fuit sub Polemone comico apud Athenienses, sed postea  
ad Romanos comicos transitum fecit ( $\Gamma\alpha b f V$ ) 20

**154.** Fustis ( $V$ )] Non puto 'crucis' dici, quippe  
de ingenuis † sed pene uel a canibus tractum est: nam  
cum fustes metuunt, a morsibus abstinent ( $\Gamma\alpha b f V$ )

Quia fustuario multabantur auctores infamium car-  
minum ( $\Gamma\varepsilon V$  *ex Porph.*) 25

**156** *sqq.* Volens ostendere, quomodo plenius Latini  
artes coepissent exercere, dicit, quia Graecia capta militari

1 br: aet:] uitae breuitatis ε 5 conuicia ει ut uid.  
*Porph.*] conuiuia  $\Gamma\varepsilon_2 V$  6 processerunt  $\Gamma\varepsilon$  *Porph.*] proce-  
serant  $V$  9 tragoediae — uitium] *om. r* 10 carmina]  
*om. V* cucurrerunt] cucurrerant  $V$  13 lacessebantur γ]  
*lacessebantur V lacessebantur r* ingratum — inferri] con-  
tumelia non inferebatur nobiles  $r$  14 lege] *om. V* 18 |edia b  
19 polemone γα] |emone b palemone rf  $V$  20 fecit] facit  $V$   
fuit f; totum schol. sil. *om. Pauly et Hauthal* 22 de ingenuis  
sumebatur uel sumenda erat poena; susp. K. 23 abstinent  
se  $V$  24 cedebantur fustis  $r$

uitute Romanorum cepit postmodum arte liberalium studiorum ferum uictorem suum, Romanum scilicet populum, et intulit artes [liberales] agresti Latio ( $\Gamma V$ )

158. 'Defluxit' mollius coepit fluere aut desiit fluere  
5 hoc uirus graue, 'numerus Saturnius', hoc est uetus carmen Italiae; Saturnia enim Italia dicta est.

'Graue uirus' morum ueterum et carminum, hoc est poesis, quae erat Saturni temporibus ( $\Gamma \alpha b f E V$ )

Saturnium uocatur metrum, quo usi sunt Latini  
10 ueteres sub Saturno rege et postea longo tempore; quod horridum est, idest non bene compositum. Dicit autem, quod statim ut c<ο>eperunt habundare diuitiis et mundiciis, cessauit illud metrum incomptum, et graue uirus mundiciae pepulere, idest liberales artes assiduo studio  
15 exultae, sed adhuc uestigia rusticitatis in Latina lingua manent ( $\Gamma(r\epsilon) V cons. F'$ )

*[Graue uirus]* Metrum noxiū, quo persequebantur poetæ ( $rV$ )

160. Ideo non potuit uitare rusticitatem ( $\alpha\epsilon V$ )

20 162. Ostendit, quod post destructam Africam Romani coeperunt poetriam exercere ( $\Gamma V$ )

164. [Dicit, quod, postquam legerunt libros Graecorum ( $\bar{g}e:$ ), caeperunt eos transferre ( $V$ )

166. Poetae Romani satis audent altam materiam  
25 comprehendere, sed turpem putant lituram [longam]; et haec est causa, cur ingenia bona Latinorum ad perfectum uenire non possint ( $\Gamma \alpha b V$ )

1 ceperit  $V$     2 ferum] om.  $V$     3 liberales  $\gamma$  om.  $rV$   
5 uirus graue  $K.$ ] uīg  $r$  in  $\bar{g}\gamma$  īng  $\alpha V$  ingrecis  $f$  | is  $b$     6 dicta  
est  $\Gamma \alpha b f$ ] dilecta  $V$     7 graue u:] om.  $\alpha bf$     8 temporibus  
 $rfE$ ] temporis  $\gamma$  tempori  $V$  tempore  $b$     10 rege] om.  $r$   
12 quod] quia  $r$     statim] mox  $r$     coeperunt habundare]  
habundauerunt  $r$     13 ac  $\epsilon$     graue — manent] deficit  $V$   
20 destructam  $\gamma V$ ] deuictam  $r$     21 ceperint  $V$     24 audent  
altam (alteram  $bf$ )  $rbf$ ] audent at tam  $\alpha$  altam (alteram  $V$ )  
audent  $\gamma V$     25 longam  $r$ , om.  $\gamma \alpha V$ , absc.  $b$     27 possint  $rV$ ]  
possunt  $\gamma \alpha b$

**167.** Hoc uitium de omnibus poetis in commune processit, quod omnes poetae carmina sua scripta incorrecta dimittebant (*V*)

**168.** \*Quoniam de communibus rebus comoedia loquitur, ut in arte poetica (*u. 240*): 5

Ex noto fictum carmen sequar (*Γbf*)

\*Yperbaton. Creditur comoedia minimum habere sudoris, quaeris, de quibus (*leg. quia res*) ex medio accersit (*Γabf*)

**170.** Quanto <ueniae minus> (*V*)] Nulli parcit, quoniam omnium uitia carpit (*V*) 10

\*Hortatur lectorem, ut studiose consideret, quomodo Plautus discurrat per comoediam disputando de pueris ephebis, de patribus (*Γ*)

**172.** \*<Lenonis>] Conciliatoris stupri (*ΓfE*)

**173.** \*<Quantus sit>] Scilicet ‘aspice’; ἀπὸ κοινοῦ (*Γaf*) 15

\*<Dossennus>] Atella<na>rum scriptor (*Γabf*)

\*Persona comica (*Γ(rε)*)

Parasiti uocantur, qui quāestu gulae dominis fauent, idest adulantur (*ΓV*) 20

**175.** Magis enim lucrum quam laudem uult adipisci ex sua comoedia; ac per hoc non honeste, ut deceret, multi carmina scribunt, non curant, quid eueniat, postquam lucrum inde perceperint (*ΓV*)

\*<Gestit>] Plautus siue Dossennus (*Γabf*) 25

**177.** Transit ad glriosum poetam, qui, si non laudetur, et animum et artem abicit; qui laudari se uidens fit temerarius ac tumescit, spectatorem uero lentum ad laudandum se uidens tristatur (*ΓV*)

1 uicum *V*      10 uicia *V*      15 apo koiniu *r* opo κοινά γ  
 Λποκοιμδ α om. *f*      19 questui gulae fauent *r*      20 idest *V*]  
 et *r* om. γ      22 ut — perceperint *Γ*] *om. V*      28 spect: —  
 tristatur] *om. V*

180. \*⟨Res ludicra⟩] Iocularis fabula ( $\Gamma(rf)$ )

181. [Si propter palm⟨a⟩e folia macer sum (marces-  
sum  $V$ ) uel opimus, pereat com⟨o⟩edia, si laus propter  
illam capta animum extollit, negata affligit ( $V$ )

5      182. Ostendit, quia, dum poetae carmina recitarent  
in scena, ad tres uel quattuor horas populus intentus  
erat; post uero uulgaris populus, qui plus delectatur ludis  
quam carminibus, exorabat magistros bestiarum, ut addu-  
cerent in theatrum aut ursum aut leonem aut elephantem  
10 album aut pantheram. Insuper etiam nobiliores aliqui ad  
eosdem ludos se conuertebant sicque praecipiebatur reci-  
tatio carminum cessare, quae res non parum turbabat  
poetas, dum illorum carmina contemnerentur ( $\Gamma\alpha V$ )

186. \*Vt Terentius (*hecyr. prol. 25 sq.*):

15      Pugil⟨um⟩ gloria funambuli  $\Gamma(\gamma\alpha)$

190. \*Hoc est: dum pyrricha populus delectatur ( $\Gamma\alpha$ )

192. ‘Esseda’ Gallorum uehicula sunt, quibus uicti  
reges [ab aliis regibus] uehuntur captiui; ‘pilenta’, quibus  
uehuntur reginae captiuae; ‘petorrita’ uehicula familiarum  
20 captiuarum, quae omnia ad spectaculum adducebantur;  
‘naues’ quoque deuectae per Tiberim, qui non longe aberat  
a theatro; ‘ebur’ quoque ‘captiuum’ et uasa Corinthia  
captiua ( $\Gamma\alpha V sim. Porph.$ )

In Corintho multa simulacra erant, quorum metalla  
25 in unum sunt redacta, dum eam Romani incendio cre-  
massent; ex quo postea multa uasa fabricata sunt, ut pos-  
sent transire in pompa[m] triumphi ( $\Gamma\alpha V sim. Porph.$ )

7 plus  $\gamma V$ ] potius  $r$  pocius  $\alpha$       9 elefantem  $r\alpha$       10 pan-  
thiam  $V$       12 cessari  $r\alpha$       13 contemnerentur  $\gamma\alpha$ ] contemp-  
neretur  $V$  contempnebantur  $r$       19 uehicula sunt fam:  $V$  fa-  
miliarum  $\gamma\alpha V$  cons. *Porph.*] famularum  $r$       20 adducebantur  
 $\alpha V$ ] ducebantur  $\Gamma$       21 deuictae  $K.$ ] deuictae  $\Gamma$  deuicte  $V$   
deuincte  $\alpha$       22 a  $\Gamma\alpha$ ] om.  $V$       24 erant simulachra  $r$   
27 pompa  $K.$  cum *Porph.*] pompam  $\Gamma\alpha V$

**193.** <Corinthos>] Aes Corinthium significat, aut quoniam praetextae argumenta habent de euersione Corinthi ( $\Gamma\alpha bfV$

\*<Corinthos>] Opes Corinthi ( $\Gamma\alpha b$

**194.** Democritus philosophus omnia, quae homines 5 facerent, quippe morituri, ridere consueuerat. Propter quod publice cum eo iniuriarum actum est ( $\Gamma\alpha bfV$

\*<Rideret Democritus>] Iuuenalis (10, 33. 34) [dicit]:

Perpetuo risu pulmonem agitare solebat

10

Democritus ( $r\ bis$

**195.** \*<Confusa . . . panthera camelō>] Vnde camelopardalus ( $\Gamma b$

Ordo [est uerborum]: si foret Democritus in terris, rideret, seu conuerteret ora uulgi panthera confusa camelō, 15 diuersum genus, sive conuerteret ora uulgi albus elephas, et spectaret ipse Democritus populum attentius ipsis ludis, idest plus quam ipsos ludos, utpote praebentem sibi spectacula plura mimo aliquo. Scriptores autem putaret narrare fabulam surdo asello. Et est sensus: si adforet 20 Democritus praesens, dum populus carmina contempnens ludis intendit, tunc rideret non tam ludis scenicis delectans quam ipsius populi uanitate, in qua omni mimo et suauius et maius spectaculum reperiret. Panthera autem dispari sexu procreatur ex panthera et camelō (*cons. f.*), sicut 25 leopardus ex parda et leone, quod monstruosum est, sicut et elephantem album uidere, cum naturaliter niger sit ( $\Gamma\alpha V$

**202.** Quando, inquit, uoces uulgi uincunt uoces reci-

2 quoniam  $\alpha bfV$ ] qui  $r\ om.$   $\gamma$ , uid. stud. Vindobon. 1901  
 p. 118 euersione] conuersione  $bV$  7 publice]  $om.$   $bf$   
 9 dicit]  $om.$   $r\ alt.$  loco 14 est uerborum  $\gamma\alpha]$  uerborum est  $r$   
 $om.$   $V$  16 sive  $\gamma\alpha V$ ] seu  $r$  elefas  $\gamma$  elephans  $\alpha$   
 19 plura  $r$ ] plurima  $\gamma\alpha V$  mimo] nimio  $\alpha$  20 adforet  $\gamma$   
 afforet  $r\alpha V$  22 ludis  $r\alpha Porph.$ ] lalibus  $V$  laudibus  $\gamma$   
 29 recitantum  $V$ ] recitantium  $\gamma$

tantum in scena, fit tantus strepitus per theatra, ut putas per fragorem resonare montes Apuliae et Gargani silvas et mare Tuseum; quod solet ualidius fieri mense Ianuario (γ V)

5      204. <Oblitus>] [Idest] undique sono perfusus et tumultu et admiratione bestiarum (*ΓbfV*)

10     206. Loquitur ex persona eorum, qui recedentes a pulpito ad ludos ierant iterumque reuertentes requirunt, utrum poeta aliquid boni uel noui dixerit, et ille: nihil boni (*ΓαbfV*)

207. \*Violacium et purpureum colorem (r)

208. Sensus est: ne forte putas me uituperare, quod alii faciunt comoediam et tragoediam, quia recuso facere, dicam tibi, quia ille poeta uidetur mihi bonus esse et rem difficilem aggredi posse et quasi per funiambuli <rest>im discurrere, qui etiam potestate carminis de inanire moderatur affectus animi mei (*cons. Porph.*), ut aliquid scribens nunc constringat animum ad dolorem, prouocet ad fortia, mulceat iterum, nunc terreat et quasi magus promittat se agere magna, uidelicet ut describens locum Thebarum uel Athenarum uideatur mihi me statim hoc transferre (*ΓαbfV*)

209. \*<Maligne>] Hoc est: sic laudare, ut carparam (*Γαb*)

210. Potest hoc intellegi (*Verg. Aen VI 662*):

Quique pii uates et Phoebo digna locuti (*ΓαbV*)

217. <Calcar>] Stimulum et irritamentum carminis scribendi (*ΓαbfEV*)

2 sonare γ      5 idest *Γ om. fV* alit b      8 requ:] inquirunt r      9 utrum] an r      et — boni *rαV*] om. γbf nihil] nil r      12 est] om. *rV*      15 funambulum *Γα* funiambulam *V* fanambulam f |ulum b funiambuli restim *suspic. K.*  
 17 moderatur *rαbf Porph.*] moderatus γ *V*      20 magna] magica *Fabric.*      25 potest γαb] post *rV*      27 carminis scr: γαbE] scribendi carminis *V* carminis rf

**219.** Satyrice nec sibi parcit dicens se agere, quod in aliis culpat (*ΓfEV cf. schol. u. 111*)

Ostendit culpam, quare illorum carmina efficerentur uilia, uidelicet quia Augusto in aliis occupato importune offerrent, uel etiam quia reprehensionem amicorum insenserent (*ΓαV*)

Hoc est: ut ipse me detrahā; prouerbium enim in eo⟨s⟩ sumptum tale est, qui ipsi sibi uolentes nocent (*ΓαbfV*)

**224.** Facimus item uilia carmina nostra, cum spe- 10 ramus uenturum esse tempus, ut statim, quo cognoueris nos [bona] fingere carmina, prorsus euoces et dites mu- neribus (*ΓαV*)

**228.** \*Discretio inter accerso et arcesso h⟨a⟩ec est: accerso scilicet uoco, et uenit a uerbo quod est accio 15 accis, quod quartae coniugationis; arcesso idem significat, quod et primitium eius, a quo deriuatur, idest arceo. Sed secundum Priscianum (I p. 35 H.) arcesso uenit ab arcio, quod nunc dicimus accio, et est compositum ex ad et cō, quod est uoco, quia antiqui ar pro ad dicebant 20 (*E cons. edit.*)

**229.** \*Dignum est, ut cognoscamus, quis poetarum dignus sit conscribere facta tua, quae non sunt committenda turpi poetae (*ΓαbfEε*)

**230.** \*⟨Aedituos⟩] Custodes ac per hoc uates, poetas, 25 alii sacerdotes (*Γ(rb)f*)

**233.** Choerilus poeta gesta Alexandri Magni describens, licet in tanto opere non amplius quam VII uersus probos composuisset, tamen pro singulis singulos Philip-

1 satyrice *rf*] satirice *γEV* 4 uidelicet quia *γ*] quia uidelicet *r* uidelicet *V* 7 me *ΓαbfV*] mihi *Porph.* 8 ipsi *r*] ipsi *γαbfV* uolentes (uolentis *V*) nocent *γαV*] nocent *bf* nocent uolentes *r* 10 item *γV*] ite *α om. r* nostra *ra*] *om. γV* 11 quo] qui *V* 12 bona *ra*] *om. γV* euoces *γαV*] uoces *r* 16 quod *E* quod est *edit. et commentator* *Cruquianus* 23 tua facta *αbfE* 27 (choerilus *ε*) 29 ta- men pro] *om. γ*

peos, idest nummos aureos, accepit, et est sensus: si, inquit, malus poeta ita remuneratus est, quanto magis boni remunerandi sunt a te, o Augste (*ΓαεV*)

**234.** \*Acceptos Philippos' nummos scilicet, qui  
5 Philippi uultu signati essent (*ΓαbfE*)

**236.** Sicut, inquit, atramenta polluunt, quodcumque contigerint, ita mali poetae res splendidiores obscurant sordibus ingenii sui (*ΓαεV ex Porph.*)

**237.** Dicit errasse regem in poetis tantum, ceterum  
10 in pictoribus diligentissimum fuisse, ut nemini permetteret se pingere [coloribus] nisi Apellen et sculpere in aere nisi Lysippum (*ΓαεV*)

**240.** \*Alius Lysippo, hoc est: alias quam Lysippus,  
et est noua locutio (*Γαb*)

**244.** \*Boeoti hébetes sunt habiti, quasi βοῶν ὁτα  
ἔχοντες (*Γαbf*)

\*Quia in crassiore aere nati tardioris sunt ingenii (*r*)

**245.** Ordo: at dilecti tibi Virgilius Variusque neque dedecorant (*ΓαbfV*)

20

*DEFICIT cod. γ*

**246.** Multa cum laude decies tulerunt, propterea quia iam singulis his donauerat Augustus decies sestertium (*Γ(rα)bfV*)

**252. 253.** <Arces montibus impositas>] Hoc est:  
25 quae cum montibus impositae essent, tamen a te captae sunt (*Γ(rα)fV*)

**260.** Sensus: imperitus laudator, dum nimium studiose laudat, magis uulnerat et atterit gloriam, praesertim

6 quodcumque *rαεV Porph.*] quicquid *γ*      7 splendi-  
diores *γV*] splendididas *rαε* splendidissimas *Porph.*      8 sordibus  
ingenii sui *rε Porph.*] sordidis ingeniiis *V* sardibus ingeniiis α  
sordiis ingeniiis *γ*      11 coloribus *rα om. γV*      15 β: ω: ξ:  
*om. b*      18 ordo *Γαbf*] ordo est *V*

si malus poeta uersibus laudet; plus autem meminit,  
quod quis ridiculum legerit, quam quod fuerit admiratus;  
ut malus pictor magis deformat pingendo praeue et quasi  
ornando ( $\Gamma(r\alpha)bfV$ )

**265.** \*‘Cereus’ pictus; noue dixit ( $\Gamma(r\alpha)bfE$ )

5

## EPIST. 2

**1.** Florus irascebatur Horatio, quod eius epistolam non acciperet. Excusat se apud eum Horatius, quoniam non promiserit, et ait iniuste eum irasci, qui exigat non promissa, carmina autem ideo se non mittere, quia philosophari coeperit ( $\Gamma(rb)fV sim. a$ )

**8.** Quidam ‘imitabitur’ legunt, quod est a puero alienum. Melius ergo legimus ‘imitaberis’, idest tam se<cundi> ingenii est, ut flectas eum, quo uelis, tamquam argillam udam; et in ueteribus exemplaribus ‘imitaberis’ legitur ( $\Gamma(r\alpha)bfV$ )

**12.** \*‘Meo sum pauper in aere’] Hoc est: nil debeo ( $\Gamma(r\alpha)bfE$ )

**14.** \*Fugitium simpliciter ac lenissime confitetur ( $\Gamma(r\alpha)bf$ )

\*‘Cessauit’ moram fecit, ut (*Persius* 5, 127):

Cessas nugator ( $\Gamma(r\alpha)bf$ )

**15.** \*Non ‘latuit in scalis’, sed ‘metuens habenae pendentis in scalis’ secundum morem Romanorum, qui

1 laudet  $\alpha V$ ] laudat  $rf$ , absc.  $b$  2 quam quod  $f$ ] quam pro (fuerit)  $\alpha$  quamquam  $r$  tamquam  $V$  quē quā  $b$  9 promiserit  $\alpha fV$ ] promiserat  $r$  absc.  $b$  et ait  $r bf$ ] ait  $\alpha$  etiā  $V$   
10 coeperit philosophari  $f$  13 tam secundi  $K.$ ] tam se  $r bV$  tanti  $f$  talis  $\alpha$  et edit.; in  $r$  post se duarum litterarum spatum  
*uacuum relictum est, unde in  $\Gamma$  olim fuisse sedi coniecerim*  
14 ingenii est  $r \alpha f$  cons.  $b$ ] ingeniuī  $V$  ut uid. ingenii es edit.  
24 (pe)ndentis — incutiendum] absciss.  $r$

seruos suspensos ad trabes flagellabant et in media domo  
ad timorem incutiendum habena pendebat ( $\Gamma(r\alpha)bf$

\*⟨Habenae⟩] Flagelli ( $\Gamma(rf)$ )

19. Interrogative, ut sit ‘nempe dixi’, et nunc ita  
5 se ait fecisse, ut eum, qui puerum uendidit ( $\Gamma(r\alpha)bfV$ )

25. ‘Mendax’ ad utrumque referri potest ( $\Gamma(r\alpha)bfV$ )

26. \*Hoc exemplo ostendit se primum dispendio rei  
familiaris coactum, post inuitatum donis ad scribendum.  
Actum est bello, quod gessit Lucullus consul cum Mi-  
10 thridate, rege Pontico, cuius milites primum necessitate  
compulsi cooperunt praedari, postea uero donis et mune-  
ribus sunt prouocati. Qui quadam nocte dum dormirent,  
saginas eorum et uiatica omnia perdiderunt. Tunc coacti  
uiriliter expugnauerunt quoddam praesidium, ubi erant  
15 thesauri Mithridatis ( $\Gamma(r\alpha)$ )

Competenti iocatur exemplo, quasi ipse paupertate  
compulsus scripserit carmina ( $\Gamma(r\alpha)bV$ )

28. ⟨Vehemens l.⟩] Hoc est: nec sibi parsurus nec  
hosti ( $\Gamma(r\alpha)fV$ )

20 \*Vt Maro (*Aen.* II 355. 356):

Lupi ceu  
Raptores a. i. n. ( $\Gamma(r\alpha)bf$ )

32. ⟨Donis⟩] Militaribus ornamentis et nihilominus  
pecunia ( $\Gamma(r\alpha)bfV$ )

25 34. ⟨Praetor⟩] Pro imperatore; significat autem  
Lucullum ( $\Gamma(r\alpha)bfV$ )

40. Ex Graeca fabula fictum de athleta, qui follem  
perdiderat ( $\Gamma(r\alpha)bV$ )

\*⟨Zonam⟩] Byrsam ( $\alpha$ )

30 41. \*Horatius Venusinus fuit aut Apulus, sed Romae  
ad tempus instructus est. Deinde uero perrexit Athenas,

5 ut eum — uendidit] *om. V* 6 potest referri *V*  
12 dum *r*] *cum α* 16 competenti — scripserit] *om. V*  
21 lupi] *om. b* 22 a. i. n. *f*] a. i. p.  $\alpha$  *om. rb* 25 significat  
— luc:] *om. b* 31 ad tempus  $\varepsilon$ ] *om. αf*

matrem litterarum, ubi ethicam, idest moralem, didicit  
reuoluens Platonis libros. Ab illo studio secutus est partes  
Bruti, quo fugato ab Augusto Horatius cum aliis pro-  
scriptus est, idest hereditate priuatus, ac necessitate com-  
pulsus contulit se ad studium pristinum ( $\Gamma(r\alpha)\varepsilon$ )

**45.** Academus apud Athenas porticum extruxit; inde  
porticus Academia et ex ea Academici, quorum siluam  
iucunde dixit, quia ita quā erunt uerum, ut idem negent  
inueniri posse, cum Stoicorum et Peripateticorum et Epi-  
cureorum stabilis sit adseueratio ( $\Gamma(r\alpha)bfV$ )

**47.** Tyronem et ignarum. Euocatus enim a Bruto  
est per potentiam, quia tunc Achaiam et Athenas tenebat,  
etiam similitudine studiorum, cum esset celebri nomine in  
philsophia ( $\Gamma(r\alpha)fV$ )

**49.** Campi Thessaliae, ubi contra Brutum pugnauit 15  
Augustus ( $\Gamma(r\alpha)bV$ )

**50.** \*Hoc est: amissa dignitate, qua ante sublimis  
ferebar ( $\Gamma(r\alpha)f$ )

**53.** Sensus: cum iam non egeam, insanio, si uersus  
facio, et cicuta curandus sum, nisi otium poeticae prae- 20  
fero ( $\Gamma(r\alpha)fV$ )

**57.** Hoc est: facilitatem scribendi uel comitatem  
extorquere iam temptant ( $\Gamma(r\alpha)bfV$ )

**60.** Inde Bioneis (b)] Liuidis et amaris iocis, idest  
satyra. Sunt autem disputationes Bionis philosophi, quibus 25  
stultitiam uulgi arguit, cui pāene consentiunt carmina  
Luciliana. Hic autem Bion, qui Sophistes cognominatus  
est in libro, quem edidit, mordacissimis salibus ea, quae  
apud poetas sunt, ita lacerauit, ut ne Homero quidem  
parceret ( $\Gamma(r\alpha)bfV$ )

\*⟨Bioneis⟩] Satyricis, amaris et asperis; Bion enim  
poeta satyricus fuit ( $\Gamma(r\alpha)bfE$ )

2 illo  $\alpha\varepsilon$ ] eo r bruti partes r 6 (aput  $\alpha$ ) 12 quia  
 $\alpha fV$ ] qua r 20 et cicuta — praefero] et ei cura (sic) V  
poeticae r] poetice  $\alpha$  poetriae f 25 satyra rbf] satira  $\alpha V$   
26 stulticiam rafV euan. b 31 satyr: E] satiricis r $\alpha$ bf  
32 satyricus rfE] satiricus  $\alpha$ , absc. b

\*⟨Sale nigro⟩] Amara iocularitate (α)

65. Omissis aliis credis Romae posse carmina scribi  
inter tot curas occupationum? (Γ'(rα)bfV

*REDIT cod. ν*

5      68. \*⟨A⟩egrotat, ut superius (*serm. I 9, 18*):

Trans Tiberim longe cubat (Γ'(rαν)bfE

70. Humane (V)] Idest probe (Γ'(rαν)bfEV

\*Yronice (Γ(rb)bfE

‘Commoda’ breuia, sed e contrario ostendit, quod  
10 magna sint (Γ'(rαν)bfV

72. Geruli sunt, qui portant ea, quae necessaria  
sunt ad fabricam (Γ'(rαν)bfEV

73. \*⟨Torquet⟩] Trahit (r

\*⟨Tignum⟩] Lignum materiale (Γ(rα)bf

15      76. \*⟨I nunc⟩] Ironicos (Γ'(rαν)bf

77. \*⟨Nemus⟩] Solitudinem (Γ'(rαν)bfE

79. \*Hoc est: uis me alienis uerbis dictare? nam  
‘contacta’ pro detritis et diuulgatis dixit, et me uis scri-  
bere, ut ad uates antiquos proxime accedam? (Γ'(rαν)bf

20      80. \*⟨Contacta⟩] Ab aliis dicta (Γ'(rαν)bfE

81. \*⟨Vacuas⟩] Otiosas, quietas (Γ'(rαν)bfE

83. \*⟨Statua⟩] Insensibili re (Γ'(rαν)bfE

84. \*⟨Hic⟩] Romae (Γ'(rαν)

25      87. \*‘Mucius’ scilicet Sc⟨a⟩euola, amicus Ciceronis,  
qui primus iuris consultus apud ueteres scripsit (Γ'(rαν)

89. \*⟨Gracchus⟩] Eximus orator (Γ'(rαν)bfE

8 yronice] yRONIKE r      9 e νf V] a rb as (sic) α  
11 illa f ea cett.      13 Inde ab hoc uersu scholia V in  
ultima pagina scripta uix legi possunt      15 ironice α yro-  
nikos r yronicos νb yronice f      17 alienis uerbis dictare b]  
alienis dicere rαν aliena dicere f      18 contacta αb  
conta ν me] ita me αb      24 mucius — ciceronis]  
om. r mutius ν      25 iurisconsultus edit.] iura consultus rα  
iura consultis ν

\*⟨Mucius⟩] Iurisconsultus ( $\Gamma'(r\alpha\nu)b$ )

90. \*⟨Qui⟩] Quomodo ( $\Gamma'(r\alpha\nu)bfE$ )

\*⟨Argutus⟩] Loquaces ( $\Gamma'(r\alpha\nu)bfE$ )

91. Nota, inquit, quod superbi incedamus, quasi non  
omnis aedes poetis plena sit. Item hoc ipsum aliter: 5  
nota, quod sollicite requiramus uel unam aadem uatibus  
uacuam. Aliter: aspice, quanto molimine requiramus  
locum certandi, quasi uix inueniatur aedes, in qua non illi  
recitant, quae sint digna nostris carminibus ( $\Gamma'(r\alpha\nu)fV$ )

Iam ponit uerba poetarum inuicem se laudantium. 10  
*Eἰρωνειῶς* ( $\Gamma'(r\nu b)V$ )

92. \*⟨Opus⟩] Heroicum ( $\Gamma'(r\nu b)fE$ )

94. Idest ut negemus in templo Apollinis ullos poetas  
habere carmina ( $\Gamma(r\alpha)bfV$ )

98. Sensus: inuicem odiosi sumus fallendo nos et 15  
mala carmina praedicantes, et hoc sine fine facimus, ut  
Romani quandam pugnauere cum hostibus Samnitibus usque  
ad noctem. Vnde Ennius (*ann. 172 V.*):

Bellum, inquit,

Aquis de manibus nox intempesta diremit

( $\Gamma'(r\nu\alpha)fV$ )

\*Samnitae gens, quae in centesimo fere et trecesimo  
miliario ab urbe Roma est, qui medii sunt inter Picenum  
et Campaniam, uiles in praelio (pl:), ita nos in scribendis  
poematibus ( $\alpha mg.$ )

99. Puncto ( $\alpha b$ )] Suffragio, iuxta legem tabellarium,  
ut alibi (*a. p. 343*):

Omne tulit punctum ( $\Gamma'(r\alpha\nu)bfV$ )

100.\*⟨Callimachus⟩] Hic elegos scripsit ( $\Gamma'(r\alpha\nu)bfE$ )

5 item — nota] *euanuit V* item] *om. α* hoc ipsum  
aliter] *om. ν* aliter  $\alpha$  7 aliter] *uel sic αν euan. V*  
11 *ΕἰΠΟΙΚΟC r yronicos νbV* 15 *utrum sensus an sensus*  
est *exhibuerit V non liquet* 16 *facimus]* *fac///V* *facientes*  
*edit.* 20 *diremit]* *deficit V* 27 *ut — punctum]* *non*  
*liquet V*

**102.** \*Multa patior, ne mihi irascantur poetae; sed tamdiu ab illis laudari me desidero, quamdiu ipse scribo; et hoc ex persona uitiosi poetae dicit ( $\Gamma'(r\alpha v)$

\*<*Fero*>] Suffero ( $\Gamma(rb)fE$ )

**104.** \*Non solum, inquit, laudabo aliorum carmina, ut ante feci, ut et mea laudarent, uerum obturabo aures meas cera, ne quem audiam recitantem. Tractum est hoc a sacerdotibus Martis, qui dum sacra celebrarent, cera obturabant aures, ne aliquo sono mens illorum inquietaretur  
10 ( $\Gamma'(r\alpha v)b$ )

**105.** \*Quoniam nocere mihi non possunt, postquam desiero scribere ( $\Gamma'(r\alpha v)bfE$ )

**108.** \*<*Beati*>] Quantum sibi ipsi uideantur  
( $\Gamma'(r\alpha v)bfE$ )

**113.** \*Dicit, quia bonus poeta facto carmine diuidicat illud et uerba inhonesta et non bene posita audebit mutare et alia inserere, licet inuita recedant, quoniam ita sunt plerumque uerba composita, quae prima posueramus, ut etiam, cum praua sint, tamen composita nobis 20 uidentur et per hoc inuita recedunt ( $\alpha v F$ )

<*Verba mouere loco*>] Delere, eximere, et seruauit metaphoram; nam censores notantes aliquem loco remouebant, idest ordine senatorum ( $\Gamma'(r\alpha v)bEV$ )

### HINC PRORSVS DESINIT cod. V

**114.** \*Hoc est: quasi sacrosancta scriptori uideantur et in libris pontificum sint ( $\Gamma'(r\alpha v)bf$ )

\*<*Penetralia Vestae*>] Domus sacra; ipsa est dea ignis ( $r$ )

\*Ideo dicit *Vest*<*a*>*e*, quia non licuit simulacrum 30 eius uideri a quoquam uiuente homine (*f*)

5 carmina *v*] carmen  $\Gamma\alpha absc.b$  6 et mea laudarent *r*] laudarent mea  $\alpha vb$  7 est hoc *v*] hoc est  $\alpha$  est *rb* 9 illorum  $\nu\alpha b$ ] eorum *r* 21 delere — metaphoram] metafora; tractum hoc ab exercitu *v* delere eximere] *euan.V* eximere] *om. b* 25 scriptori — sint  $\Gamma\alpha b$  cons. *f*] *om. v*

**115.** \*Verba, inquit, antiqua, si modo splendida et bona sint, rursus in usum reducet ( $\Gamma'(r\alpha\nu)bf$ )

**118.** \*⟨Situs⟩] Vetustas; Virgilius (*Aen.* VII 440):

Sed te uicta situ ( $bf$ )

**119.** \*⟨Adsciscet⟩] Producet ( $\Gamma'(r\nu b)fE$ )

\*⟨Genitor⟩] Pulchre dictum ‘genitor usus’ ( $\Gamma'(r\alpha\nu)bfE$ )

**120.** \*⟨Liquidus⟩] Purus ( $\Gamma'(r\nu f)bE$ )

**122.** \*⟨L: c:⟩] Superflua, redundantia reprimet ( $\Gamma'(r\nu b)\alpha fE$ )

**123.** \*⟨Leuabit⟩] Nitida efficiet ( $\Gamma'(r\alpha\nu)bfE$ )

\*⟨Virtute calentia⟩] In usu posita ( $\Gamma'(r\alpha)bfE$ )

**124.** \*Quamuis ludere uideatur, tamen laborem ostendet ( $\Gamma'(r\alpha\nu)b$ )

\*⟨Torquebitur⟩] Permutabitur, rotabitur ( $\Gamma'(r\alpha\nu)bfE$ )

\*Sicut pantomimus mutatur, ita faciet poeta ( $\Gamma'(r\alpha\nu)bf$ )

**125.** \*Persius (5, 123):

Tres tantum ad numeros Satyri moueare Batilli

( $\Gamma'(r\alpha\nu)bf$ )

\*Figurata locutio: moueor illam rem, ut: frangor pedem ( $\Gamma'(r\alpha\nu)bE$ )

**126.** \*Irridendo hoc ait. Ego quidem, inquit, eorum uitam praetulerim, qui non intellegunt uitia sua, his, qui sapiunt et emendatione torquentur, unde subnectit fabulam ( $\Gamma'(r\alpha\nu)bf$ )

**128.** \*‘Ringi’ proprie canum est; est autem ringi facto risu laetitiam simulare ( $\Gamma'(r\alpha\nu)bfE$ )

\*⟨Ignobilis⟩] Hic Lycas dictus est ( $\Gamma'(r\alpha\nu)bfE$ )

1 sint et bona b sunt f 6 pulchre ναf] pulcre rE

14 permotabitur E 15 mutatur K.] imitatur Γ'αbf

18 tres tantum f et Persius] litatam rν om. α satyri ν]

satiri Γαbf 22 irr: — praet: om. α 24 unde subn:]

unde subn: et αb ut et subn: r 26 ringi proprie c: e:

Γ cons. b ringi proprie e: c: fE proprie autem canum est

ringi ν est autem — simulare] om. r est autem ringi]

